rū apparuit mihi. deꝰ abra⸗
am: ⁊ deꝰ yſaac: ⁊ deꝰ iacob
dicēs. b Viſitans viſitaui
vos ⁊ vidi oīa q̃ acciderāt
vobis in egypto. et dixi vt
educā vos de afflictiōe egy
pti in t̃rā chananei ⁊ ethei
et ammorrei ⁊ pherezei et
euei ⁊ iebuzei ad terrā fluē
tē lacte ⁊ melle: et audient
vocē tuā. k Ingredieris tu
et ſeniores iſrl' ad regē egy
pti ⁊ dices ad eū. Dn̄s deꝰ
hebreoꝝ vocauit nos. l Ibi
mus viā triū dierū in ſoli⸗
tudinē vt immolemꝰ domi
no deo nr̄o. m Sꝫ ego ſcio
ꝙ nō dimittet vos rex egy
pti vt eatis n niſi ꝑ manum
validā. Extēdāq; manum
meā ⁊ ꝑcutiā egyptū in cū⸗
ctis mirabilibꝰ meis q̃ fa⸗
cturꝰ ſum in medio eorum:
poſt hoc dimittet vos. o Da⸗
boq; gratiā ꝑp'lo huic corā
egyptijs. Et cū egrediminí
nō exibitis vacui. p ſed po⸗
ſtulabit mli'er a vicina ſua
et ab hoſpita ſua vaſa argē
tea et aurea: ac veſtes. po⸗
neriſq; eas ſuper filios et
filias veſtras. q et ſpoliabi⸗
tis egyptum.

oſtendit̃. Et q: poſtillator in h̄ ca. nimis breuiter ſe expe
diſſe videt̃ cū tn̄ magna in ea cōtineant̃ rōne ꝑdicte. idō
certa quedā in hoc ca. ꝯtēta. vlteriꝰ aliq̄ attēdēda ſeu de⸗
clarāda vident̃ ſpāliter. q̄ꝝ primū ē ꝙ nō videt̃ neceſſari
um dicere in hoc loco. ꝙ q: idē angelꝰ q̄uiq; loq̄bat̃ in per
ſona dei. iō deꝰ nomi⸗
net̃. nā ſm̄ ſeriem lr̄e ꝑ
ut etiā verba plane ſo
nāt. pōt dici ꝙ ille qui
apparet in forma ignis
erat angelꝰ apparens
ad excitādū mētē moy
ſi. vt cernēs miraculū
accederet ad audiēdū
vocē et verba diuina.
Sꝫ cū ſequit̃. Cernēs
aūt dn̄s ⁊c. hec vba et
etiā vba ſequētia ime⸗
diate poſſūt itelligi ab
ipo deo dicta ꝓut ſonāt
Scd̄o poſſet quis ad⸗
mirari quō moyſes il⸗
lā angelicā viſionē vi⸗
dēdo ⁊ vba dei audiē
do non legit̃ adoraſſe.
Nos eni ſanctoꝝ erat
in hmōi viſionibꝰ ſeu
apparitiōibꝰ adorare.
Un̄ gen. xviij. ca. legit̃
de abraā ꝙ tres vidit ⁊
vnū adorauit. ⁊ de ioſue legit̃ Joſue. v. ca. ꝙ cū ſibi dixiſ
ſet angelꝰ. Ego ſum ꝑnceps exercitꝰ dn̄i ⁊c. ꝙ cecidit pro
nus in terrā adorās. qd̄ intelligit̃ de adoratione dulie re⸗
ſpectu angeli. ſ; hic nō videt̃ fieri mētio de aliq̄ adoratio
ne. Ad qd̄ vid̄r dicēdū ꝙ hoc ⁊ q̄dā alia in hoc ca. cōtēta
faciūt ad cōmēdationē hūilitatis ipiꝰ moyſi de q̃ legit̃ i
fra Num. xij. Uir aūt moyſes erat hūilis valde. Cuiꝰ rō
eſt. q: nō eſtimabāt ſe dignū ad adorādū. ſ; potiꝰ ad mo⸗
dū publicani cuiꝰ hūilitas a dn̄o ꝯmēdat̃ Luce. xviij. ca.
Qui ex magna hūilitate nolebat oculos ad celū leuare ſe
ip̄m vilificādo. ſic ⁊ moyſes in hoc loco. legit̃ eni. Abſcō⸗
dit moyſes faciē ſuā. Nō audebat eni aſpicere cōtra deū
qd̄ maiorē oſidit hūilitatē q̄ adoratio corpalis. nihilo⸗
minꝰ tn̄ moyſes corpaliter adorauit. In hoc eni ꝙ dicit.
Abſcōdit faciē ſuā. etiā adoratio corpalis intelligit̃. Nā
ſuꝑ hoc verbo abſcōdit. glo. dicit inclinādo tn̄ vultū hūi
litatis verſus terrā. vt facies ſua eēt abſcōdita. ne aſpiceret
cōtra deū. ⁊ ſic pꝫ. ꝙ cū interiori hūilitate adorauit. Ter
tio cū dicit̃ in lr̄a. Quis ego ſum. oſidit̃ hūilitas ipiꝰ moy
ſi in verbo. q̃ priꝰ oſiſa fuerat in actu interiori mentali. et
etiā exteriꝰ in corpali. vt dictū ē. Per hec eni vba habet̃
ꝙ ad neutrū eoꝝ q̃ ſibi a dn̄o iniungebant̃ eſtimabat ſe
dignū. ſ. nec ad h̄ vt iret ad pharaonē etiam ꝓ modica re
cū pharao eſſet magnꝰ rex. ⁊ de hoc dicit. Quis ego ſum
vt vadā ad pharaonē. ꝓ ſcd̄o nec etiā eſtimabat ſe dignū
ad educēdū ꝑp'm iſrl' de egypto. licet nō eſſent in ꝑtāte
pharaonis. cū ducatꝰ tāti ꝑp'li req̄rebat viꝝ magne ꝓ‍u⸗
dētie ⁊ vtutiſ. Et nota ꝙ nō dixit. nō ſum ego dignꝰ ad h̄
vt vadā. ſ; q̄s ſum ego. qd̄ denotat maiorē hūilitatē. ſen⸗
tiebat eni ſe nō inhabilē ſolū ad ꝑdicta ſ; etiā ꝯtēptibilē
qd̄ ſonāt verba. q̄s ego ſum. q. d. vilis ſum. Cōſequēter
quarto dicit̃ in lr̄a. q̃ dixit ei. Ego ero tecū. Circa hec ver
ba ſunt multe ⁊ varie expoſitiōes quaꝝ due cōmuniores
ponunt̃ in poſtilla. ⁊ tn̄ neutra eoꝝ vid̄r ſufficere. Jlla eni
q̃ dicit. ꝙ h̄ qd̄ dr̄. Et habebis ſignū. refert̃ ad viſionē fa⸗
ctā moyſi in rubo. q̃ q̄dē viſio vt dicūt fuit data moyſi pro

ſigno ꝙ deꝰ mittebat eũ. eſt expoſitio quorũdã hebreorũ licet nõ oĩno videat̃ cõtinere vitatẽ. tñ qꝛ moyſes nõ petiuit tale ſignũ. vt pꝫ in lr̃a. ſꝫ ſolũ oſtẽdit deo fragilitatẽ ſuã. Quis ſum ego. vt dictũ ẽ. tñ qꝛ ex hoc videretur ꝙ moyſes eſſet modice fidei. q̃ etiã vides ſignũ miraculoſũ manifeſte. ⁊ audiẽs diuina verba dubitaſſet vtrũ illa verba eſſent ſibi diuinitꝰ dicta. ꝙ ſi ita eſſet reputaretur ſibi ad culpã. ſicut de zach. legit̃ Lu. i. Eo ꝙ nõ credidiſti verbis meis. qḋ tñ nõ legit̃ in hoc loco nec aliqḋ ſimile. Secunda vero expoſitio q̃ dicit ꝙ cũ dicit̃. Hoc habebis ſignũ. refert̃ ad imolationẽ futurã q̃ facta fuit a ꝑplo dei ſup mõtẽ ſynai. q̃ quidẽ imolatio debebat eſſe ſignũ certificãs moyſen de duobꝫ. quoꝝ vnũ erat ꝑteritũ. ſ. ꝙ deꝰ fuerat cũ moyſe in eductiõe ꝑpli de egypto. Aliud erat futurũ. ſ. futura inductio ꝑpli in terrã ꝓmiſſam. q̃ quidẽ expoſitio videt̃ incõueniens quo ad vtraq̃ partẽ. de prio parte. Nã qñ imolatio facta fuit in mõte. diuino ſuꝑfluũ erat ſignũ ad certificandũ ꝙ deꝰ mirabiliter liberaſſet ꝑplm de ſeruitute egypti. cũ hoc eſſet cũctis manifeſtiſſimũ ꝑ experiẽtiã. de ſcḋo vero pꝫ. nã vt cõſtat ex lr̃a nõ fuerat moyſi cõmiſſa introductio ꝑpli de egypto ad terrã ꝓmiſſam. ſꝫ eductio ꝑpli de egypto. dicit ei. Mittã te ad pharaonẽ. nõ faciẽs mẽtionẽ de introductione ad aliã terrã. vñ ſaluo meliori iudicio. aliter iſte paſſus videt̃ exponendus. Ad qḋ ſciendũ ꝙ moyſes in hoc loco nõ fuit locutꝰ deo aliqua verba incredulitatẽ ſonãtia. vt ex hoc requireret̃ aliqḋ ſignũ certificãs ipm moyſen. ſed ſolũ expoſuit deo humilitatẽ ſuã ad tm̃ officiũ qḋ ſibi cõmittebat dicẽs. Quis ego ſum vt vadã. in quo intelligebat̃ tacite. ꝙ rõnabiliꝰ debuiſſet mitti aliꝰ aptꝰ ad hoc. vñ dñs rñdet ad primũ. Ego ero tecũ. q. d. etiã tu nõ es ſufficiens ex te. meo aũt auxilio eris ſufficiẽs. Ad ſcḋm dicit. Et h̃ hẽbis ſignũ ꝙ miſerim te cũ eduxeris ꝑplm de egypto. Pro q̃ ſciendũ ꝙ ſicut deꝰ in noua lege ꝑ paupes ⁊ impotentes voluit inducere fidẽ ſuã ꝑ orbẽ. vt ex h̃ magꝭ reluceret virtꝰ ⁊ potẽtia diuina. iuxta illud. i. Corint. i. ca. Infirma mũdi elegit deꝰ vt fortia queq̃ ↄfundat. Pari rõne voluit in antiqua lege ꝑ moyſen q̃ modice reputatiõis erat. intm̃ ꝙ i etate. lxxx. annoꝝ gregẽ paſcebat. vt pꝫ in lr̃a. fieret liberatio ꝑpli ⁊ eiꝰ eductio de egypto vt ſic tota virtꝰ ⁊ potẽtia huiꝰ liberatiõis ſoli deo attribueret̃. ⁊ ꝑpls induceretur ad imolandũ deo in recognitionẽ ſui bñficij. et nulli alteri. ⁊ hoc ſonat lr̃a cũ dicit. Hoc habebis ſignũ. ꝙ miſerim te cũ eduxeris ꝑplm de egypto. vt id qḋ dicit̃. Hoc habebis ſignũ. referat̃ ad inhabilitatẽ ipiꝰ moyſi ad tm̃ officiũ. et ẽ ſenſus ꝓpter hoc. ego elegi te nõ potentẽ nec fortẽ. qꝛ h̃ erit ſignũ ꝙ miſerim te. ſ. ꝙ non vtute ꝓpria h̃ feciſſes ſꝫ mea vtute ⁊ potẽtia. qua rõe tu ⁊ ipe ꝑpls imolabitis deo ſup mõtẽ iſtũ. ⁊ ſic inhabilitas ſeu debilitas moyſi quã deo oñdebat ad excuſationẽ ſuã erat intenta a deo. vt eſſet ſignũ manifeſtũ de hoc. ꝙ illa eductio fuiſſet a ſolo deo. ⁊ qḋ ſibi ſoli erat imolandũ in recognitionẽ ſui bñficij. Quito ſeq̃t̃ in lr̃a. Ecce ego vadã. ſi dixerit mihi qḋ ẽ nomẽ eiꝰ. q̃d dicã. In q̃ paſſu ad lr̃am ſiũt q̃dam obiectiões. Prio eñi obijcit̃ ſic. aut nomẽ dei erat notũ moyſi añ reuelationẽ hmõi. aut nõ erat ei notum antea. ſi ſic. ſuꝑflue q̃rebat h̃ iterũ ſcire. ſi aũt nõ. quare q̃rebat hoc in ꝑſona filioꝝ iſrl̃. ⁊ nõ potiꝰ in ſua ꝑſona dicẽs. Notum fac mihi nomẽ tuũ. ſi aũt dicat̃. ꝙ h̃ nomẽ erat ei notum añ hmõi reuelationẽ nõ tñ erat notum filijs iſrl̃. ⁊ iõ q̃rebat a deo. vt poſſet eis indicare nomẽ dei. vt ipi crederẽt moyſi in dicẽdis. Cõtra h̃ obijcit Ra. moy. in pria parte ḋ directiõe. c. lxiij. vbi de hac materia ꝓlixe tractat dicẽs. ꝙ aũt filij iſrl̃ h̃ nomẽ ſciebãt anteq̃ a moyſe audirẽt illud aut nõ. ſi ſic ſuꝑflue eis iſtud nomẽ notificaret. cum iam ipi ſcirẽt ſicut ⁊ ipe. ſi aũt ipi nõ ſciebãt antea. ſeq̄retur ꝙ ex hoc ꝙ ſibi notificaret̃ a moyſe: nõ magis crederent ei. cum ipſi neſcirẽt vtrum hoc eẽt nomẽ dei vel nõ. Itẽ contra hanc interrogatiõem moyſi obijcit̃ a q̃buſdã. Nam filij iſrael in egypto exiſtẽtes anteq̃ eis mitteret̃ Moyſes: aut erant fideles. ſ. habẽtes fidem vnius veri dei. aut non habebant fidem de deo vero. Nõ eſt dicendum filios iſrl̃ nõ habere fidẽ de deo vero. quia tũc nõ eſſent populꝰ dei: nec de eis dixiſſet deus. Uidi afflictionem ꝑpli mei in egypto. Nullꝰ eñi reputat̃ dei ꝑpls ſeu de ꝑplo dei ſi ſit extra verã fidẽ. Si aũt erãt fideles. ſ. verã fidẽ habẽtes de vero deo. nõ req̃rebat̃ alia noĩatio dei. ſufficiebat eñi ꝙ moyſes dixiſſet eis. Ille eñi quẽ vos creditis eſſe deũ. ille miſit me ad vos. ꝑſertim cũ eis inſuꝑ declaraſſet: Deꝰ abrahã ⁊c̃. ſicut fuerat dictũ moyſi in pria allocutiõe. oẽs eñi erãt de ritu circũciſiõis q̃ fuerat data abrae in ſignaculũ fidei Gen. xvij. qḋ pꝫ infra. iiij. c. vbi ꝓpter incircũciſionẽ filij moyſi volebat deꝰ interficere eũ. Ad quoꝝ declarationẽ videt̃ vlteriꝰ aliq̃d dicẽdũ. Circa qḋ attẽdendũ eſt. ꝙ ex his q̃ dixerat dñs moyſi ſuper ſua miſſione videnť oriri duo q̃ ab ipo moyſe merito erãt inquirẽda. quoꝝ primũ ẽ. Q licet manifeſtꝰ expꝛeſſe dixiſſet moyſi ꝙ deſcẽderat vt liberaret ꝑplum iſrl̃ de manu egyptioꝝ. ad qḋ volebat mittere moyſen ad pharaonem vt educeret ꝑplm ⁊c̃. nõ tñ eidẽ declarauit. vtrũ hoc volebat facere ꝑ aliquas vias occultas. vtputa inclinando cor pharaõis ⁊ ſuoꝝ ad dimittẽdũ ꝑplm. ſeu ꝑ aliquas plagas occultas. q̃ etiã ſm̃ curſum naturalẽ fieri poſſunt ſicut fecit in facto ſarai vxoris abrae Gen. xx. ca. Siliť de abimelech eo. ca. q̃ etiã ipam ſarã dimiſit ꝓpter reuelatiõnẽ diuinã quã habuit in ſomnis. Siliť ⁊ labã dimiſit iacob cũ gregibꝫ ſuis ꝓpter reuelationẽ diuinã eidẽ in ſomnis factã. qḋ indubie potuiſſet etiã in hoc caſu fieri ꝑ voluntatẽ diuinã. cui nemo põt reſiſtere. Aut forte deꝰ voluit ꝑplm educere cũ ſignis ⁊ ꝓdigijs ſupra nature curſum cõmunẽ publice factis. ꝓut in effectu fuit oſtẽſum. Hoc eñi ꝑtinebat ad moyſen ſcire. qꝛ forte ſi deꝰ primo modo voluiſſet educere ꝑplm moyſes reputaſſet ſe aptũ ad hoc. qꝛ hoc fieret ſine cõtẽtione ⁊ cõtradictiõe. ꝓut in ꝑdictis geſtis patet. Secꝰ aũt ſi ſcḋo mõ. qꝛ tunc requirebant̃ magne inſtãtie ⁊ cõtrouerſie. ſicut ↄtigit in caſu ad qḋ nõ reputabat ſe moyſes dignũ. vt iã dixerat. Siliť hec inquiſitio ꝑtinebat ad eũ ex parte filioꝝ iſrl̃. eo ꝙ forte faciliꝰ ⁊ ſuauiꝰ venirẽt ad credendũ diuinis ꝓnoſticis et mãdatis ꝑ internã inſpirationẽ ſeu monitionẽ diuinam q̃ꝫ ꝑ miracula vel ꝑſuaſionẽ moyſi. Uñ ꝓpter hoc petebat moyſes nomẽ dei. ſub quo debebat filijs iſrl̃ iſta nũciare. Nã noĩa diuina cõiter imponunt̃ deo ſm̃ opatiões que ab eo ꝓcedũt. ſicut cũ dicit̃. Dñs vir pugnator omps nomen eius. infra. xv. ca. ⁊ Eſa. lv. Et erit dñs noĩatus in ſignũ eternũ. ⁊ ſic ex hoc ꝙ ſibi reuelaret̃ nomẽ diuinũ. ſub quo iſta liberatio debebat fieri. moyſes haberet certificationẽ de hoc q̃ſito. In qua quidẽ interrogatione videtur moyſes nõ tenere modũ quodammõ beate virginis interrogãtis. Quõ fiet iſtud. nõ enim dubitabat de efficacia diuine volũtatis. ſed q̃rebat modũ. Secundũ quod ex dictis dñi oriebat̃ inquirẽdũ ipi moyſi eſt hoc. Nam dñs dixerat ei. ꝙ ipe ⁊ ꝑpls imolarẽt deo ſup mõtẽ predictũ. vñ volebat moyſes ſcire nomẽ diuinũ. ſub q̃ talis immolatio debebat fieri. Hoc eñi nomẽ deꝰ vere intellectũ licet nõ ſit cõmunicabile alicui creature ſm̃ rẽ. eſt tñ cõicabile ſm̃ participationẽ. vt dij dicant̃ q̃ participant aliqḋ diuinũ ꝑ ſilitudinẽ. iuxta illud pſal. lxxxi. Ego dixi dij eſtis ⁊c̃. Siliť ẽ cõicabile ſm̃ opinionẽ. vñ ſup illḋ ad Galat. iiij. Hijs q̃ natura nõ ſunt dij ſeruiebatis. glo. nõ ſũt dij natura. ſꝫ ſm̃ opinionẽ hoim. Et qꝛ ſacrificare ſeu imolare ẽ actꝰ ſoli deo vero debitꝰ. vñ. ſ. xxij. ca. Qui immolat

diis occidet. niſi ſoli dño. Idcirco moyſes q̄rebat aliquod ꝓpriū nomē diuinū qđ eſſet oībꝫ modis incōicabile. vt ſic ꝑpl's ille q̄ prius erat ad ydolatriā. ſm quā leuiter vocabāt creaturā noīe dei. vt. ſ. xxxij. ca. de vitulo dicebāt. Iſti ſunt dij tui iſrl'. vt in hac imolatiōe ſeu ſacrificio nō deuiaret a via recta. Qua q̄dē expoſitiōe ſic poſita ceſſāt obiectiōes p̄dicte. Nā ad primā obiectionē dicēdū. ꝙ h nomē diuinū qđ moyſes querebat. nec erat notū moyſi nec aliis filiis iſrl' put infra dicet. q̄rebat aūt h moyſes ī ꝑſona filioꝝ iſrl'. ⁊ nō in ſua ꝑſona ex q̄dā humilitate et reuerētia. vt ei q̄ dāmō temerariū ſeu p̄ſūptuoſus. p̄ſti viro tā humili dicere deo. Qđ ē nomē tuū. Nō ei erat moyſes ignarꝰ ꝙ iacob petenti nomē angeli fuit miſſum q̄ſi increpatiue. Cur petis nomē meū. G̃n. xxxij. ca. ⁊ iō moyſes petebat ī ꝑſona ꝑpl'i cui mittebat. de q̄ p̄ſumebat ꝙ ſaltē aliq̄ eoꝝ h peteret. Ad ſcđm dicēdū ꝙ moyſes nō petebat cognitionē huiꝰ noīs. vt ꝑ hoc filij iſrl' crederēt ei. ſ3 hoc q̄rebat ꝓpter rōnes ſupradictas. Ad tertiū dicendū ꝙ licet filij iſrl' ⁊ a fortiori moyſes haberet fidē de deo vero q̄ eſt deꝰ abraā ⁊c̃. nō tñ hec noticia ſeu cognitio ſufficiebat ad certificādū moyſen de aliis ſupradictis. Conſequēter ſexto dr̃ in lr̃a ſm trāſlationē nr̃am. Dixit dñs ad moyſen. Ego ſum q̄ ſum. Ait. Sic dices filiis iſrl'. Qui eſt miſit me ad vos ⁊c̃. quā q̄dē trāſlationē nr̃am doctores nr̄i cōīter tenēt ꝙ h nomē q̄ eſt: maxime ē nomē ꝓpriū dei put ſanc. tho. in p̄ia parte. q. xiij. art. xi. in corpe q̄ōnis. vbi ad h aſſignat q̄ſdā rōnes. quaꝝ vna ē hieroni. ad marcellā de decē dei noībꝫ. ⁊ aug. in. v. de trini. q̄ quidē rō talis ē. q2 in h noīe ſignaꝰ mutabilitas ꝓpria diuini eſſe. qđ nō nouit p̄teritū nec futuꝝ. Cetera eni q̄ mutabilia ſunt. q̄ſi nō ſunt. qđ eni dicaꝰ fuit. iā nō eſt. et qđ dicaꝰ erit. nōdū ē. ⁊ iō de deo maxie ꝓprie dicaꝰ qui eſt an p̄ſti. Que q̄dē expoſitio l3 ſm trāſlationē nr̃am ſupradictū. et ex aucte ſanctoꝝ locū habeat. nō tñ videꝰ habere locū ſm hebraice lr̃e v̄itatē. vbi ſic hr̃. Dixit dñs ad moyſen. Ero q̄ ero. Ait. Sic dices filiis iſrl'. q̄ erit miſit me ad vos ⁊c̃. Poniꝰ eni in q̄libet loco vbi dicitꝰ. ero. hec dictio ehie. q̄ ꝓprie ē verbū ſubſtātiuū futuri tpis p̄ie ꝑſone indicatiui modi. q̄ q̄dē dictio frequētiſſime poniꝰ in ſacra ſcriptura. ⁊ nullā aliā ſignificationē nec equocationē habet. vñ ſm hāc lr̃am nō ē dicēdū. ꝙ dñs in h loco oñdit nomē ꝓpriū ſuū. Nā ꝑ h qđ dr̃ q̄ erit. nō ſignificaꝰ eternitas. ī q̄ nulla ē ſucceſſio. nec etiā imutabilitas. cū tñ in h qđ dr̃ q̄ erit. ſignificaꝰ a nō eſſe in eſſe. vel ſaltē abeſſe p̄ñti vel p̄terito in futuꝝ. nec etiā neceſſitas eſſendi hic oñdiꝰ. cū illa q̄ erūt nōdū ſint. vt3 ꝑ auctes ſanctoꝝ allegatas. Vñ valde mirādū vr̃ de poſtillatore q̄ in h loco v̄itatē hebraicā allegat mō p̄dicto. ⁊ tñ ex h ꝙ dicit. ero q̄ ero. intēdit cōcludere eternitatē ⁊ imutabilitatē dei ⁊ hmōi. qđ ē manifeſte ꝯ rōnē. ⁊ etiā ꝯ mētē ſctoꝝ. q̄ iſta nō cōcluſerūt niſi ex v̄bo ſubſtātiuo p̄ñtis tpis. nō aūt futuri. vt dictū eſt. Vñ iſte paſſus ſm hebraice lr̃e v̄itatē. aliter videꝰ exponēdus. Ad qđ ſciēdū ꝙ in v̄bis p̄dictis. ſ. cū dñs dixit ad moyſen. ero q̄ ero ⁊c̃. nō oñdit dñs moyſi aliqđ nomē diuinū de nouo. ſ3 potiꝰ oñdit ei ꝙ nō erat interrogatio ſua neceſſaria de hoc. cuiꝰ rō ē. nā ſufficiebat filiis iſrl'. ⁊ etiā ipi moyſi. ꝙ deꝰ patrū ſuoꝝ. ſ. abraā yſaac et iacob. quē ipi ꝑ fidē cognoſcebāt eſſe vnū deū. volebat eſſe cū eis ad educēdū eos de ſeruitute. ſiue h fieret ꝑ miracula patētia ſiue nō. i. aliter. ⁊ h ē qđ dicit. ero q̄ ero. ⁊ ē ſenſus Ero cū eis. q̄ ero tecū. Stati eni ſupra dixerat moyſi. Ego ero tecū ⁊c̃. ac ſi diceret. Ego dixi tibi ꝙ ero tecū in hac liberatiōe. ſic̄ dico ꝙ ero cū eis. Et q2 vtrunq3 erat ſuꝑ eodē facto. Idcirco tñ ſel' cōcludit. Qui erit miſit me ad vos. q. d. nō debetis vos curare quō. ſ3 ſufficiat vobis ꝙ erit vobiſcū. ſ. cū moyſe. ⁊ cū ꝑpl'o ad implēdū p̄dicta in q̄

deꝰ ſatiſfaciebat moyſi. etiā de ſcđo motiuo ſue interrogatiōis. ſ. ꝙ imolandū deo ſufficiebat ꝑpl'o imolare vero deo. quē patres coluerūt. q̄ etiā deꝰ redimeret eos a ſeruitute egyptiaca. etiā ſi aliqđ nomē diuinū eis nō innoteſceret. q2 h qđ ē eſſe deū abraā yſaac ⁊ iacob. q̄ educeret ꝑpl'm iſrl' de egypto nō ē cōicabile alicui creature. Et nō ta ꝙ antiq̄ hebreoꝝ nō exponebāt h qđ dr̃. Ero q̄ ero. De aliq̄ noīe diuino. ſ3 dicūt ꝙ deꝰ in miſſiōe offerebat ſe ꝑpl'o ſeu ꝓmittebat eis ꝙ eſſet cū eis in hac tribulatiōe egyptiaca. ⁊ in alia q̄ſi ꝯtigiſſet. Et notādū ꝙ hec dictō ehie q̄ in h loco poniꝰ que ſignificat ero. vt dictū ē. nūq̄3 ī tota ſacra ſcriptura poniꝰ ꝑ noīe diuino. vñ ſi nomē diuinū eſſet. rōnabile eſſet vt alicui deꝰ h noīe noiareꝰ. Seq̄ꝰ in lr̃a ſeptio. Dixitq3 iteꝝ deꝰ ad moyſen. Hec dices filiis iſrl'. Dñs deꝰ patrū vr̃oꝝ miſit me ad vos. Hoc nomē mihi ē ineternū. ⁊ h memoriale meū in generatiōe et generationē ⁊c̃. hec in lr̃a. Sup q̄bꝫ v̄bis l3 non modice altercatiōis ſint nihil vr̃ p̄ſcripſiſſe poſtulatoꝛ. niſi ꝙ vbi dicitꝰ. Dixitq3 iteꝝ deꝰ ad moyſen. ly iteꝝ exponit. vt referaꝰ ad interrogatiōes. ac ſi dicat. ſi q̄raꝰ ſcđo de nomine mittētis te. rñdebis. Deꝰ patꝝ vr̃oꝝ deꝰ abraā ⁊c̃. q̄ q̄dē expoſitio manifeſte deuiat a v̄itate lr̃e ⁊ hyſtorie. Primū patꝫ. q2 cū dicit. Dixitq3 iteꝝ deꝰ ad moyſen. manifeſte hr̃. ꝙ ly iteꝝ determiat id qđ dr̃. Dixitq3 deꝰ. ⁊ ē ſenſus. ꝙ deus nō ſolū ſel' dedit moyſi r̄ſſiōnē dicēs. q̄ ē. ſeu qui erit. miſit me ad vos. ſ3 etiā dedit iteꝝ aliā r̄ſſiōnē. ſ. dñs deꝰ patrū vr̃oꝝ ⁊c̃. qđ ſonat plane illud qđ dicit. Dixitq3 iterū. Scđm patꝫ. q2 vt hiſtoria teſtaꝰ moyſes nec filij iſrl'. ſeīcādo q̄ſierūt de noīe mittētis. ⁊ ſic moyſes nō debuiſſet ſibi nomē a deo reuelatū ꝓpalaſſe ꝑpl'o. cū deꝰ cōditionaliter iuſſiſſet moyſi. ſi querāt ſcđo. ſ. de noīe mittētis. rñdebis ſm expoſitionē poſtillatoris. vñ aliter vr̃ dicendū. ſ. cū deꝰ in p̄ia r̄ſſiōe. ſ. cū dixit. Ero q̄ ero. nō reuelauiſſet moyſi aliqđ nomē diuinū de nouo ſ3 potiꝰ ei oſtēderat ꝙ nō erat ſibi neceſſariū h petere. vt dictū ē. mō q̄ſi ex ſupabundāti voluit ſibi notificare nomē diuinū. in q̄ moyſes certificareꝰ de p̄dictis de q̄bꝫ certificari volebat Et de h dicit. Dixitq3 iteꝝ deꝰ ad moyſen. q. d. l3 p̄ia r̄ſſio ſufficiſſet. grōſe tñ volo tibi dare iteratā r̄ſſiōnē. ꝑ quā nomē nouum ꝓpriū mihi notifices filiis iſrl'. vnde dicit. Dixitq3 iteꝝ dñs ad moyſen. Circa qđ nomē moyſi in h loco nouiter reuelatū plura occurrūt cōſideranda ad ſenſu3 lr̃alē ꝑtinētia. ſpāliter. xij. Primū. ſ. quō nomen diuinū hic reuelatū moyſi ſcribiꝰ in hebraica lr̃a. ⁊ qualr̃ ab hebreis ꝓnūciaꝰ. ⁊ quō in aliis linguis trāſferaꝰ. Secūdū. ſ. an p̄dictū nomē. ſ. tetragrāmaton ſignificet verū deū. Tertiū. ſ. an p̄dictū nomē ſit ꝓpriū vel appellatiuum. Quartū an p̄dictū nomē ſit maxie ꝓpriū nomē dei. Quītū. ſ. an h nomē ſignificet naturalr̃. vel ad placitū ſeu ex inſtitutiōe. Sextū an ſit aliqua rō querēda de hmōi inſtitutiōe. Septimū an deo ſm ſignificationē huiꝰ noīs ꝑ̄cipalr̃ ꝑtineat miracula facere. Octauū an deo ſm ſignificationē huiꝰ noīs ꝓprie ꝑtineat imolari ſeu ſacrificari. Nonū an ſub p̄dicto noīe ꝓprie ꝑtineat ꝑpl'm ſub lege a deo data cultui diuino applicari. Decimū an h nomē habeat ſpālē efficaciā inter alia noīa diuina. Vndecimu3 ſc3 de ſolēnitate huiꝰ noīs apud hebreos. Duodecimū. ſ. quō ſunt intelligēda hec v̄ba. ſ. h ē mihi nomē ineternū. et h nomē memoriale meū in generatiōe ⁊ generationē.

Circa primū dicēdū ꝙ vbi in trāſlatiōe nr̃a dr̃ in h loco. Dñs deꝰ patꝝ vr̃oꝝ ⁊c̃. in hebraica lr̃a ē vnū nomē ex q̄ttuoꝛ lr̃is cōpoſitū. qđ cōīter dicūt tetragrāmaton. a tetra qđ ē q̄ttuoꝛ ⁊ grāma qđ ē lr̃a. i. nomē q̄ttuoꝛ lr̃aꝝ. q̄ q̄dē lr̃e in hebraico ſunt iſte. p̄ia ſc3 i. ſcđa h. tertia h. q̄rta h. ⁊ ſic h nomē ſcribiꝰ apud eos ſic ſc3. ibbh. Iſtud autē nomē ſic ſcriptū cū p̄dictis q̄ttuoꝛ lr̃is nūq̄ ꝓnūciaꝰ ab

hebreis cõiter put in lr̃a iacet.ſʒ in loco illi⁹ vbicunqꝫ in
ſacra ſcriptura ponit̃.pferũt legẽtes adonai.qḋ ẽ aliud
nomẽ diuinũ cõpoſitũ ex q̃ttuor lr̃is.quaꝝ p̃ma ẽ a.ſcḋa
d.tertia n.q̃rta i.⁊ ſic h̃ nomẽ ſcribit̃ apud eos ſic.ſ.adni
que q̃dẽ q̃ttuor lr̃e ſic in hebreo ſyllabicant̃ ꝙ ꝓpria noĩs
ex eis cõpoſiti pnũciatio ẽ adonai.qḋ q̃dẽ nomẽ adonai
ſignat plane dñm cũ additiõe mei vel nr̃i vel nr̃m. Pri-
mũ aũt nomẽ.ſ.tetragrãmaton nõ ẽ trãſferibile in aliud
nomẽ. ſeu etiã plane exponibile ſicut adonai ⁊ alia noĩa
diuia.⁊ iõ trãſlatores tã chaldei q̃ꝫ latini ⁊ etiam arabici
poſuerũt loco illi⁹ dñm.q̃ ẽ trãſlatio ſcḋi noĩs p̃dicti ſcꝫ
adonai.nõ tñ ẽ trãſlatio primi noĩs tetragrãmatõ ſupra
dicti. Circa ſcḋm.ſ.an p̃dictũ nomẽ diuinũ.ſ.tetragrã
maton ſignificet veꝝ deũ.dicẽdũ ꝙ ſic. Hoc eñi teſtatur
de⁹ dicẽs moyſi in h̃ loco de h̃ noĩe.Hoc nomẽ mihi eſt
ineternũ.⁊ Eſa.xlij.ca.Ego dñs h̃ ẽ nomẽ meũ.in q̃ loco
vbi dr̃ dñs.ponit̃ in hebreo nomẽ p̃dictũ.⁊ ſic in pluribꝫ
alijs locis. Circa tertiũ.ſ.an nomẽ p̃dictũ ſit ꝓpriũ vl̃
appellatiuũ.Dicẽdũ ꝙ ẽ ꝓpriũ.qḋ ptꝫ ex hoc.Nã huic noĩ
cõpetũt oẽs ꝓprietates ꝓprioꝝ noĩm.quaꝝ vna q̃ p̃cipal̃
eſt ⁊ cõis in oĩbꝫ linguis ẽ.nõ habere plurale nũeꝝ. cui⁹
rõ eſt.nam nomẽ ꝓpriũ ſignificat ſubſtãtiã nõ cũ q̃litate
cõi ſʒ ꝓpria.vt grãmatici dicũt.vñ ex p̃dicti noĩs natura
nõ inuenit̃ plurale in lingua hebraica. ſicut reperit̃ i alijs
diuinis noĩbꝫ.vt de h̃ noĩe deus.vel dñs ⁊ hmõi.et ad-
huc amplius ꝙ ſm formã iſti⁹ noĩs in hebraico ſcriptam
nõ poſſet ex eo fingi aliqḋ plurale.ſicut vbigratia de hoc
noĩe ſymon poſſum⁹ fingere plurale vt dicẽdo ſymones
ꝓ multis:quoꝝ q̃libet appellet̃ ſymon.talẽ eñi fictionem
pluralitatis nullo mõ patit̃ p̃dictũ nomẽ ſm formã in
qua forma ponit̃ in lingua hebraica.vt pꝫ in ea eruditis.
Sũt aũt alie ꝓprietates noĩm ꝓprioꝝ in lingua hebraica
que nõ faciliter in lingua nr̃a exponerent̃.que q̃dẽ ꝓprie-
tates oẽs adaptant̃ p̃dicto noĩ.ſ.tetragrãmatõ put Ra.
abenhazra q̃ maxim⁹ fuit grãmatic⁹ inter hebreos. in h̃
loco plene exponit.vñ manifeſtũ ẽ hoc nomẽ eſſe ꝓpriũ.

Circa quartũ.ſ.an p̃dictũ nomẽ ſit maxie ꝓpriũ nomẽ
dei.Dicẽdum ꝙ ſic.nam inter oĩa nomina que i ſacra ſcri
ptura de deo dicunt̃ cõiter tenet̃ ꝙ h̃ nomen.q̃ ẽ. eſt ma
xime ꝓpriũ nomẽ dei.put ſanc.tho.p̃ma pte.q.⁊ art.alle-
gatis deducit.que q̃dẽ opinio lʒ vt deductũ fuit fundet̃
in trãſlatiõe nr̃a que hꝫ.Qui ẽ miſit me ad vos.que q̃ dẽ
trãſlatio nr̃a deuiat manifeſte a v̄itate hebraica.vt.ſ.oſtẽ
ſum ẽ.tñ ſuppoſito ꝓpter reuerẽtiã ſctõꝝ ꝙ h̃ nomẽ. q̃ ẽ.
ſit ꝓpriũ nomẽ dei.adhuc vlteri⁹ videt̃ manifeſte dicẽdũ
ꝙ hoc nomẽ tetragrãmaton ẽ magis ꝓpriũ q̃ꝫ hoc nomẽ.
q̃ eſt.lʒ nõ ſit in aliq̃ alio noĩe ſeu p aliud nomẽ trãſferi
bile ſeu ꝓprie exponibile.vt dictũ ẽ.ex lr̃is tñ ex q̃bꝫ ↄpo-
nit̃ põt intelligi tã eſſe q̃ꝫ eſſentia nihil aliud cõnotando
nec limitãdo.qḋ maxie ↄpetit eſſentie ſeu eſſe diuio. For
ma etiã in qua ponit̃ ſm grãmaticã hebraicã cõſiderata
nec ẽ ꝓprie concreta nec abſtracta.nec aliqḋ tps in ſui ſi-
gnificatiõe includit.cũ ſit ꝓprie ꝓpriũ nomẽ.Vñ iõ oẽs rõ
nes ex q̃bꝫ ſancti doctores dicũt. ꝙ hoc nomẽ q̃ eſt. ẽ ꝓ-
priũ nomẽ dei.put in.q.⁊ art.allegatis hꝫ.pamplius cõpe
tũt huic noĩ tetragrãmaton.qḋ ſic ptꝫ. Nã vnã rõ ſumit̃
ex hoc ꝙ.q̃ eſt.nõ ſignificat formã aliquã.ſʒ ipm̃ eſſe.⁊ dr̃
maxie eſſe ꝓpriũ nomẽ dei.cui⁹ ſoli⁹ eſſe ẽ ſua eſſentia.q̃
q̃dẽ rõ magis cõpetit noĩ tetragrãmaton. qḋ ſignificat
tã eſſe q̃ꝫ eſſentiã nihil aliud cõnotãdo ſeu limitãdo. vt
dictũ ẽ.q̃ꝫ huic noĩ q̃ eſt.qḋ ſolũ ſignificat ipm̃ eſſe non
exprimẽs aliquã eſſentiã que ſit eadẽ cũ ſui eſſe. Manife
ſtũ eſt eñi ꝙ de q̃libet ente etiã ſi nõ ſit idẽ cũ ſua eẽntia
eſt veꝝ dicere.qḋ eſt.vñ dicẽdo.q̃ ẽ.vel qḋ ẽ.de aliq̃ ente
nõ intelligit̃ ꝙ ſua eſſentia ſit ſuũ eſſe.Alia võ rõ que aſ-
ſignat̃ ad h̃ ꝙ h̃ nomẽ q̃ eſt.eſt maxie ꝓpriũ dei.eſt talis

ſcʒ ꝙ q̃ñto aliqua noĩa ſunt min⁹ determinata ⁊ magis
cõia ⁊ abſoluta.tãto magis dicunt̃ de deo. Ex q̃ cõcludit̃
ꝙ hoc nomẽ q̃ ẽ.qḋ ſe habet indeterminate ad oẽs mo-
dos eſſendi noĩat ipm̃ pelag⁹ ſubſtãtie infinitũ dictũ a
damaſceno.que q̃dẽ rõ cõcludit ꝙ hoc nomẽ tetragram
maton ẽ magis ꝓpriũ.min⁹ eñi determinate ⁊ cõius ⁊ ab
ſolut⁹ ẽ nomẽ ſignificãs eſſentiã ſeu rem ſubſiſtentẽ ab-
ſolute ⁊ abſtracte a quacũqꝫ cõcretiõe ſeu limitatiõe qḋ
magis ptinet ad nomẽ tetragrãmaton. qḋ vt dictũ eſt ſi-
gnificat eſſe ſeu eſſentiã nõ cõcretiue nec abſtractiue.nec
cũ tpe q̃ꝫ hoc nomẽ qui ẽ.qḋ nõ ſolũ ſignificat cũ tpe.q2 ẽ
verbũ p̃ñtis tpis ſʒ etiã cõcretiue.nã hoc verbũ eſt. in ſui
ſignificatiõe includit.eſt ens.ſicut alia v̄ba in ſui ſignifi-
catiõe includũt participia ſua.Cõſtat aũt ꝙ ens ſignifi-
cat cõcretiue.⁊ p ↄñs intelligit̃ cũ cõpoſitiõe.qḋ nõ com
petit deo.Alia aũt rõ ſumit̃ ex ſignificatiõe ſic. Nã h̃ no
mẽ q̃ eſt.ſignificat eẽ in p̃ñti.qḋ maxie ↄpetit deo. cui⁹
eẽ nõ nouit p̃teritũ nec futuꝝ.que q̃dẽ rõ manifeſte con
cludit.ꝙ nõ ſolũ nomẽ tetragrãmaton.ſʒ etiã hoc nomen
de⁹.magis ꝓprie dicit̃ de deo q̃ꝫ hoc nomẽ q̃ eſt. Nã ſicut
eternitati nõ ↄpetit p̃teritũ nec futuꝝ.ita nec nũc tpis.qḋ
eſt inter p̃teritũ ⁊ futuꝝ.Cõſtat aũt ꝙ hoc v̄bũ eſt.cõiter
intelligũt loquẽtes nũc tpis ſeu tps ꝓpinquũ tpe p̃ñti p̃
teritũ diſtinguẽs a futuro.quoꝝ neutrũ ↄpetit deo. vt ẽ
manifeſtũ.Nomẽ aũt tetragrãmaton nõ ſignificat cum
tpe.ſʒ ſolũ eſſe ſeu eſſentiã abſtracte a q̃cũqꝫ tpis ſignifi-
catiõe.Si ↄſideret̃ etiã hoc nomẽ p̃dictũ q̃tũ ad illud a
q̃ imponit̃.manifeſtũ ẽ qḋ ẽ magis ꝓpriũ nomẽ dei q̃ꝫ h̃
nomẽ q̃ eſt.Nã hoc nomẽ ĩpoſitũ ei ab ipo eſſe nõ put eẽ
in creaturis ſeu p creaturas cognoſcit̃.ſʒ put ẽ in mente
diuia.put declarabit̃ in articulo ſequẽti.Siũr ẽ mag̃ ꝓ-
priũ q̃tũ ad modũ ſignificãdi.Nõ eñi habet modũ ſigni
ficãdi put creaturis cõpetit.Talis eñi mod⁹ ſignificãdi
in noĩbus ſp eſt cõcretiuus ſeu abſtractiuus.qḋ nõ com-
petit huic noĩ.vt iã dictũ eſt. Significat eñi hoc nomen
qui eſt.cõplexe.vt patꝫ.nomẽ aũt tetragrãmaton incom
plexe omĩno. Si aũt conſideret̃ hoc nomen q̃tum ad h̃
ꝙ imponit̃ ad ſignificãdũ.manifeſtũ eſt ꝙ nomen tetra
grãmaton eſt magis ꝓpriũ q̃ꝫ nomen deus.vel nomẽ qui
eſt.impoſitũ eñi eſt ad ſignificandũ ipam dei ſubſtãtiaꝫ
alteri incõmunicabilẽ.⁊ vt ſic liceat loqui ſingularem.vt
in p̃ma parte.q.allegata.arti.xi. in rñſiõe ad primũ argu-
mentũ.Ex q̃ patꝫ ꝙ hoc nomẽ eſt omĩbꝫ modis incõica-
bile alicui creature.q2 ſignificat quaſi vt ſingulare ſeu in
diuiduũ.Nullũ aũt nomen ſignificãs indiuidualiter eſt
cõicabile multis.niſi metaphorice tñ.licet aũt in aliq̃bꝫ
locis ſcripture dicat̃ hoc nomen aliq̃bꝫ creaturis cõicari.
vt infra.xvij.ca.de altari edificato a moyſe dicit̃.Voca-
uit nomen ei⁹.Dñs exaltatio mea.vbi ponit̃ hoc nomen.
hoc tñ eſt aliter intelligendũ. vt in ſuis locis exponetur.

Circa quintũ.ſ.an hoc nomẽ ſignificet ad placitũ ſeu
ex inſtitutiõe ſeu naturalr̃.Dicendũ ꝙ hoc nomen ſicut ⁊
cetera noĩa vocalia ex inſtitutiõe ſignificat.non aũt natu
raliter.Differũt tñ.q2 cetera noĩa cõiter ⁊ vt in pluribꝫ ex
inſtitutiõe hũana ſignificãt.Hoc nomẽ võ ex inſtitutiõe
diuia tñ.Si eñi ex inſtitutiõe hũana ſignificaret.notuꝫ
eſſet hoc nomen ſaltẽ illis q̃ nouerũt linguam hebraicam
cui⁹ oppoſitum patet ex hoc ꝙ moyſi q̃rẽti de nomĩe
dei tanq̃ꝫ ipm̃ nomen ignoranti.Deus dixit.Dic filijs iſ-
rael.Et ſequitur.Hoc eſt nomen meum.Ex quo patet ꝙ
nec moyſes.nec filij iſrl̃.hoc nomen nouerant ante huiuſ
modi reuelationem.Hoc etiam patet infra.vi.capitulo.
vbi dicitur.Nomen meum adonai non indicaui eis. Vt
ibidem oſtendetur.Dico autem ꝙ cetera nomina vt cõ-
muniter ⁊ in pluribus ex inſtitutione hũana ſignificant
propter hoc ꝙ pauca nomina leguntur a deo inſtituta.

ad ſignificandū ſicut. ꝫ. Gen. i. Vocauit deus lucē diē, ⁊ ibi dē. Vocauit deus firmamentū celū. ⁊ hm̄ di. ⁊ ſic de aliq̄bꝫ ſingularibꝫ paucis in primordio rerū creatis. q̄ q̄dē vocationes ſeu inſtitutiões conformes ſunt conceptionibꝫ hūanis q̄ de rebꝫ habentur. vtꝫ cōſiderāti. De h̄ vō noīe diuino aliter eſt ſentiēdū. ſ. ꝙ excedit oēm conceptū hūanū. Ad cuius euidētiā attēdēdū ē. ꝙ ſicut apd̄ nos voces ſignificātes res ſunt ſigna earū q̄ ſunt in aīa paſſionū, vt in. i. Periher. q̄ q̄dē paſſiões aīe res ſignificāt naturaliter cū ſint eedem apud oēs. voces tn̄ q̄ ſunt earū ſigna nō naturalr̄ ſed ad placitū ſignificāt. vn̄ ſunt diuerſa apud diuerſos. ſic ſuo mō cōſiderare poſſumus apud deū duplex nomē ꝓpriū. vnū ſcꝫ mētale ſignificās naturalr̄ deū. ⁊ h̄ mō filius dr̄ nomē pr̄is. Vn̄ ſup illud Eſa. xxx. Ecce nomē dn̄i veniet de longinquo. glo. nomē dn̄i. i. filius q̄ ē nomē pr̄is. Cuius rō ē. Nā ſm̄ ſan. tho. in ſcriptis ſupra primū di. xxij. arti. i. Deus q̄ ſeipm̄ cōprehēdit ipe ſolus ſeipm̄ noīat pfecte. vt ita dicā. vbū coequale ſibi generādo. hec ille. Aliud vō nomē ꝓpriū diuinū ſignificās ad placitū. ſ. ex inſtitutiōe diuina dei ſubſtātiā incōicabiliter ⁊ adequate. eſt nomē p̄dictū de q̄ agitur. ꝙ aūt h̄ nomē ſignificet dei ſubſtantiā incōicabiliter. ptꝫ ex p̄dictis. ꝙ aūt adequate ptꝫ ex h̄. Nā ſm̄ ſāctū tho. vbi ſupra cū voces ſint ſigna intellectuū. ſm̄ philoſo. i. Idē iudiciū ē de cognitiōe rei. ⁊ noīatiōe eius. Vn̄ ſicut deū impfecte cognoſcimus. ⁊ ita impfecte noīamus. et q̄ſi balbutiēdo. vt dicit Greg. Ex q̄ ſeq̄tur. ꝙ cū deus pfecte ſe cognoſcit ipe ſolus pfecte ſe noīet mētalr̄. vt dictū ē. ſic et ipe ſolus pfecte ſeipm̄ noīat p voces ab eo inſtitutas. que ſunt ſigna ſui intellectus ad placitū inſtituta. Vnde de h̄ noīe tetragrāmaton ſic a deo inſtituto veriꝰ dr̄. ꝙ noīat pelagus ſubſtantie infinitū a damaſceno dictū. Nā cetera noīa diuina determināt ſeu ſignificāt q̄dammō modū eſſendi diuinū. put cognitio nr̄a. q̄ finita ē. et a cognitione creaturarū accepta attigit. h̄ tn̄ nomē nullū modū eſſendi diuinū determiat. niſi put ē in mēte diuīa h̄ nomē inſtituēte. ⁊ ad h̄ tēdit illud Ra. moy. de directiōe ꝑplexorū q̄ allegatur a poſtilla. infra. vi. ca. Cōſtat aūt ꝙ illō eē abſolute cōſideratū ē infinitū ſimplr̄. ⁊ ſic pelagus ſubſtantie infinite dicēdū. Nec mirādū ſi aliq̄ dictio vel nomē finitū ꝓprie ſignificet ſubſtātiā infinitā. q: īter voces ad placitū ſignificātes ⁊ res p eas ſignificatas nō ē ꝓportio aſſignāda ſm̄ naturā ſꝫ ſolū ad placitū. Hec enī dictio mundus q̄ ē q̄dā breuis dictio. ſignificat totū vniuerſum. ⁊ h̄ nomē licꝫ ſit finitū ſm̄ vocē. ſignificat tn̄ infinitū ſm̄ rē.

Circa ſextū. ſ. an aliq̄ rō ſit q̄rēda de hmōi inſtitutiōe. Dicendū ꝙ cū h̄ nomē ſit ad placitū diuinū inſtitutū. vt dictū ē. nō ē ad h̄ q̄rēda rō q̄ſi naturalis vl̄ neceſſaria. cū etiā multa noīa ab hoībꝫ ad ſignificādū inſtituta. vtputa primitiua. q̄ a nullo alio noīe deriuantur. nō habeāt rōnē ſue inſtitutōis. niſi ſm̄ bn̄placitū īſtituētiū. ⁊ a fortiori de bn̄placito diuio q̄d ē maxie liberū. nō ē cāq̄renda. nihilominꝰ tn̄ q̄dā rōnes pnt̄ aſſignari ptinētes ad cōgruentiā huiꝰ ſignificatiōis. ſicut cōtingit in ſacramentis. q̄ licet ex volūtate diuina habeāt efficaciā. nō tn̄ ex natura rerū. tn̄ ſunt aliq̄ rōnes quibꝫ cōſideratur aliq̄ cōgruētia inter ſacramēta ⁊ res quas ſignificāt ſeu efficiūt. vtputa cū p ablutionē exteriorē q̄ fit in baptiſmo. cōgrue ſignificatur ablutio interior. ſ. quā ſignificat ſeu efficit. q̄ q̄dē rōnes ī h̄ noīe a diuerſis diuerſe aſſignantur. ⁊ ſpāliter inter expoſitores hebreorū ē in h̄ magna diuerſitas. Quidā enī eorū aſſignāt rōnes ex natura lr̄arū in h̄ noīe cōtentarū. q̄ q̄dē lr̄e oēs ſunt vocales. lr̄e aūt vocales ſunt magis abſtracte a materia q̄ꝫ cetere. ⁊ iō aptiores ad ſignificādū diuinam ſubſtātiā q̄ magꝭ abſtracta ē a q̄cūq̄ꝫ cōditione materiali. Aliq̄ vō hmōi rōnē aſſignāt ex pte numerorū p has lr̄as ſignificatorū. vniciuiq̄ꝫ enī lr̄e aſſignatur certus nūerus ſꝫ hebreos. nūeri aūt appriati iſtis lr̄is habēt pfectiōes ſingulares inter alios. Sꝫ h̄ nō vr̄ cōueniēter dictū. q: lr̄e nō ſignificāt nūeros niſi ex īſtitutiōe hūana. q̄d hic non hꝫ locum. Quidā vō eorū dicūt ꝙ rō inſtitutōis huiꝰ noīs ē ineffabilis et penitꝰ incōprehēſibilis ab hoībꝫ. ⁊ h̄ vr̄ ſatis rōnabiliter dictū. q: put dictū ē. h̄ nomē ſignificat diuinā ſubſtātiā put ē ī diuina mēte. q̄d ē icōp̄hēſibile ab itellectu creato. nihilominꝰ tn̄ rōnes aſſignate. ꝫ. in arti. q̄rto videntur cōgruere put fragilitati nr̄i intellectus videtur cōpetere.

Circa ſeptimū. ſ. an deo ſm̄ ſignificationē huiꝰ noīs ꝓprie ptineat miracula facere. Dicēdū ꝙ lꝫ ad deū put ē omp̄s ptineat miracula facere. ex h̄ eī dr̄ omp̄s. q: pōt poſſibilia abſolute. ⁊ ſic eiꝰ potētia extēdit ſe ad oē id q̄d hꝫ vl̄ pōt hr̄e rōnē entis. cui nihil opponit niſi q̄d iplicat in ſe eſſe et nō eſſe ſimr̄. q: tn̄ rō diuine oīpotētie fūdatur in eē diuinū. ſꝫ ꝙ ē infinitū. nō limitatū ad aliquē modū entis. ſꝫ p̄habēs ī ſe totiꝰ eē pfectionē. put. ꝫ. dicit in. i. pte. q. xxv. art. iij. in cor. q̄ōis. cōſtat āt ex ſupradictꝭ ꝙ nomē tetragrāmaton ſignificat ſubſtātiā diuinā put ē pelagꝰ ſubſtātie infinite. ſeq̄tur ꝙ ad deū ptinet oīpotētia. ⁊ p cōſis facere mirabilia put cōſideratur ſignari p dictū nomē.

Circa octauū ſcꝫ an deo ſm̄ ſignificationē huiꝰ noīs ꝓprie ptineat imolari ſeu ſacrificari. dicēdū ꝙ ſic. nā ſic ſacrificia ſeu imolatiões cōiter fiūt deo ꝓ expiatiōe ſeu mūdatiōe a pctīs. iuxta illud. i. Reg. iij. Nō expietur iniq̄tas domꝰ eiꝰ victimis ⁊ muneribꝫ cū oīpotētia diuīa parcēdo maxie ⁊ miſerādo manifeſtetur. p h̄ eī oſiditur deū hr̄e ſummā potētiā ꝙ libere pctā dimittit. Eius eī q̄ ſupioris legi aſtringitur nō ē libere pctā cōdonare. put in. q. ⁊ art. ſupradictꝭ. Vn̄ eadē rōne dicēdū ē ꝙ ſacrificari ⁊ imolari ſoli deo ptinet. put cōſideratur p̄dicti noīs ſignificatō. ⁊ inde ē ꝙ ī leuitico vbi de oībꝫ ſpēbꝫ ſacrificiorū ſingulariter agitur. nūq̄ꝫ aliō nomen iponitur niſi ſolū nomē p̄dictū. ſimr̄ ⁊ ī. iij. Reg. xviij. vbi agitur d helya ⁊ ydolatras dr̄. Si dn̄s ē deus ſeq̄mi eū. vbi ex pte helye ſp p̄dictū nomen noīatur. ⁊ ſic de ſimibꝫ.

Circa nonū. ſ. an ſub p̄dicto noīe ꝓprie ptineat ꝑplm̄ ſub lege a deo dato cultui diuio applicari. dicēdū ꝙ ſic. cuiꝰ talꝭ rō aſſignatur a q̄buſdā expoſitoribꝫ hebreorū. nā diuine ꝓmiſſiones ī lege cōtēte oēs ſūt miraculoſe. ſ. ſupra facultatē nature facte. ſ. ꝙ pluuie tēperanee deſcēdāt ꝓ ꝑplo exiſtēte iuſto. ⁊ detineantur ꝓ ꝑplo peccāte. vtꝫ Deu. xi. ⁊ ī locis q̄ꝫpluribus veteſt. Cōſtat eī ꝙ hmōi bona tpalia. ⁊ mala ſm̄ curſū cōēꝫ nature ſimr̄ ſe hn̄t ad bonos ⁊ malos. ſm̄ illō Eccle. ix. Vniuerſe eq̄ eueniūt iuſto ⁊ ipio. imolāti victīas. ⁊ ſacrificia cōtēnēti. vn̄ ꝙ talia ſequātur bonitatē vel maliciā ꝑpli. h̄ nō eſt ex curſu cōi nature ſꝫ ſupnaturali ptāte diuīa. Ex q̄ ſeq̄tur ꝙ lex diuīa debuit ꝓprie dari ſub illo noīe. ſm̄ ꝙ ptinet ad deū mirabilia facere. ⁊ inde ē ꝙ ī pricipio decalogi h̄ nomē fuit expſſū cū additiōe eductiōis de egypto. in q̄ miracła diuīa fuerūt potiſſime maīfeſtata. ⁊ h̄ cū dr̄ ītra Exo. xx. Ego dn̄s deꝰ tuꝰ q̄ eduxi te de terra egypti ⁊c̄. vbi eī dicit dn̄s. poītur p̄dictū nomē. ſimr̄ p totū decalogū in q̄ pricipalia legꝭ tradūtur. h̄ noīe exprimuntur. nō aūt in creatiōe mūdi. in opibꝫ eī ſex dierū nūq̄ꝫ h̄ nomē repitur. ſꝫ ſolū deꝰ. licꝫ eī creatio a ſolo deo fuerit. tn̄ in creatiōe ſm̄ augꝰ. ordo nature pricipalr̄ q̄ritur.

Circa decimū. ſ. an h̄ nomē habeat ſpālē efficaciā īter alia diuīa noīa. Dicēdū ꝙ lꝫ diuīa īuocatō efficax ſit cū ſuis debitꝭ circūſtātijs q̄ ī orōne efficaci req̄rūtur. iuxta illud pſal. cxliiij. Prope ē dn̄s oībꝫ īnocātibꝫ eū in vitate. de iſto tn̄ noīe legitur in ſpāli Nūe. vi. ca. Ponēt nomē meū ſup filios iſrl̄. Ego autē benedicam eis. Ex q̄ patet ꝙ ad hoc ꝙ benedictio ſacerdotalis in veteri lege cōtenta efficaciā haberet requirebatur impoſitio predicti nominis ſup populū quod ibidē ter exprimitur. vn̄ ſm̄ hebreos ⁊ ē ſatis cōſonū lr̄e. ad efficaciā bn̄dictiōis ſpūalis ibidē cōtēte expſſio p̄dicti nomīs re

quirebat. Dicit enī ibi. Dic aaron ⁊ filiis ſuis. Sic bñdicetis filiis iſrł. dicite eis. Bñdicat te dñs. Circa vndecimū ſcʒ de ſolēnitate huiꝰ nōis apud hebreos. Dicēdū ꝙ hoc nomē .ſ. tetragrāmaton nulli erat licitū pnunciare. niſi ſolū ſacerdotibꝰ q̄ benedicebāt ſolēniter ppłm in tēplo. vt infra Nūm. vi. ⁊ʒ loco illiꝰ vbicūqʒ ponit pferebāt legētes h̄ nomē adonai. vt dictū ē .ſ. in .i. art. qᵭ eſt nomē ſignificās maieſtatē ſeu ſummū dominiū ⁊ ptātē. Que qͥdē mutatio videt fieri ꝓpter duo. primū vt pdictū nomē a deo inſtitutū in maiori reuerētia haberet. ſcdm ꝙ veritas pdicti nōis .ſ. tetragrāmaton: nō eſt cognoſcibilis niſi p ſummā ptātē diuinā in effectibꝰ ſuis relucentē. qᵭ ſignificat p hoc nomē adonai. vt dictū ē. ⁊ iō valde rōnabiliter ſe habuit beatꝰ hiero. in ſua trāſlatiōe circa hoc. Nā vbicūqʒ inuenit pdictū nomē loco illiꝰ poſuit h̄ nomē dñs. qᵭ ē trāſlatio huiꝰ nōis adonai. nō aūt tetragrāmaton. Addit aūt in hoc loco huic nōi deꝰ abrahā. eo ꝙ reuelatio facta moyſi ad impletionem pmiſſorū pdictis pribꝰ factoꝝ fuerat ordinata. Circa duodecimū .ſ. quō intelligēda ſunt hec verba .ſ. Hoc nomē mihi ē in eternū. ⁊ hoc memoriale meū in generatiōe ⁊ generationem. Dicendū ꝙ licet hec vba pmittant in poſtilla. quaſi ſint vniꝰ ⁊ eiuſdē replicatiua. Alteriꝰ tn̄ videt dicendū. ꝙ referant ad pdicta duo nōia q̄ꝝ vnū ē qᵭ ſcribit .ſ. tetragrāmaton .s. dictū. qᵭ ē ꝓpriū nomē dei. vt dictū eſt. ⁊ de hoc nōie .ſ. tetragrāmaton dicit. Hoc nomē mihi ē in eternū. q: anteqʒ eſſent creature. hoc nomē ptinebat deo ſm ſuā eſſentiā abſqʒ aliqua relatiōe ad creaturas vt expoſitū eſt. Scdm vo nomē ē nō qᵭ ſcribit ſʒ legit .ſ. adonai. de quo intelligēdū ē qᵭ dr. Et h̄ eſt memoriale meū in generatiōe et generationē. ad innuēdū ꝙ primū nomē nō erat cōiter memoriale cū labiis. ſʒ nomē ſcdm .ſ. adonai. Nōia enī q̄ pferunt dicunt memorialia. iuxta illud pſ. xv. Nec memor ero nōim eoꝝ p labia mea. ⁊ q: h̄ nomē ſcʒ ſcdm implicat habitudinē .ſ. ad effectꝰ. iō nō dicit ee nomē dei in eternū. ſʒ in generatiōe ⁊ generationē. quod denotat ſucceſſionē creaturaꝝ quaꝝ reſpectu dicitur adonai. vt dictū ē. Poſſunt etiā pdicta verba aliter exponi. Ad qᵭ ſciendū ꝙ pdictū nomē tetragrāmaton ē ꝯforme huic nōi ieſus. in quo etiā ſunt quattuor lr̄e. quaꝝ pria ⁊ tertia ſunt eedē cū pria ⁊ tertia alteriꝰ nōis .ſ. i. ⁊. v. ſcda vero ⁊ quarta ſunt etiam cōſiles in ſcribēdo. q: vtrobiqʒ ſcribūtur cū h. ſʒ in legēdo ē differētia. q: in prio nomie cū aſpiratiōe legit. in ſcdo vo nōie loco aſpiratiōis vtriuſqʒ legit .ſ. qᵭ pōt eſſe duplici cā. vna ē ꝙ latini non ita pferūt aſpiratiōes nec lr̄as gutturales ſicut hebrei. Alia cauſa eſt. q: cū primū nomē ex lr̄is ſignificantibꝰ eſſe ſeu eſſentiā cōponit vt dictū ē. q̄ quidē lr̄e in latino nō ſignificāt eſſentiā. idcirco loco vtriuſqʒ poſite fuerūt due lr̄e .ſ. s. que qͥdē lr̄a s. dicit in pferēdo eſſe. ⁊ vt ſic reddit īn eādem ſniam. vñ de h̄ nōie dato ipi xp̄o ꝓprie pōt intelligi illud ad Phil. ij. Dedit illi nomē qᵭ ē ſup oē nomen. Nā illud ſolū nomē diuinū inter cetera nōia diuia ē incōicabile oībꝰ modis. vt dictū ē. ⁊ iō ꝓprie dicit ſup oē nomē. Fuit aūt h̄ nomē datū xp̄o inq̄tū ē verꝰ deꝰ. Fuit etiā huic nōi ieſus addita in hebreo hec lr̄a ayn. q̄ eſt maxime gutturalis. ⁊ iō nō pfert a latinis. qᵭ quidē nomē ꝓpriū diuinū cū interꝓtatione huiꝰ lr̄e ſupaddite ſignificat ſaluationē. vt ſic nō ſolū deꝰ ſʒ etiā ſaluator nominet. vñ ⁊ Mt. i. Angelꝰ dixit ad ioſeph. ⁊ vocabis nomē eiꝰ Ieſum. ipſe enī ſaluū faciet ppłm ſuū ⁊c. Et q: illud nomē diuinū .ſ. primū abſconditū erat eo ꝙ nō legebat a ppło. vt dictū eſt. ꝓpter ppłi impfectionē. Nomē vo ſcdm .ſ. ieſus qᵭ ē primi nōis memoriale ꝓpalandū erat oībꝰ tēpore xp̄i. ſicut ⁊ ipſe deꝰ qui in ſe inuiſibilis ē. p incarnationem erat viſibiliter cognoſcēdus. iō ille euāgelicꝰ ꝓpha Eſa. loquēs de aduētu xp̄i. lij. ca. dicit. Propterea cognoſcet ppłs meꝰ nomē meū in die illa. q: ego qui loquebar in die illa. ecce adſum. cuiꝰ ſenſus ē .ſ. ꝓpter hoc populus meꝰ cognoſcet nomē diuinū antea ſibi abſcōditū. ⁊ h̄ in die illa .ſ. tpe xp̄i. cuiꝰ rōnē reddit dicēs. Quia ipſe deꝰ q̄ loquebat priꝰ in ꝓphetis de q̄ dicit. q: ego q̄ loq̄bar. principaliter ꝑſonaliter: ac viſibiliter aſſiſteret. de q̄ dicit. ecce adſum. ⁊ q: noticia vtriuſqʒ nōis pdicti erat maxime deſiderabilis iuſtis aduētū xp̄i ſpectātibꝰ. iō in pſona taliū Eſa. xxvi. dicit. Dñe ſuſtinuimꝰ te nōie tuū ⁊ memoriale tuū in deſiderio aīe. q. d. deſiderauimꝰ noticiā. nō ſolū nominis tui .ſ. primi nobis aliqualiter ignoti. ſʒ etiā memorialis tui ſcʒ memoriale primi nōis qᵭ ē nomen ieſus. vt dictū eſt. qᵭ q̄dē deſideriū xp̄s adimplēs dicit Ioh. xvij. Pater manifeſtaui nomē tuū. ⁊ q: ad pdicti nōis veram noticiā pfectum q̄ ad myſteria in eo incluſa ꝑplus rudis nō erat capax. idcirco cū dixiſſet. Hoc nomē mihi eſt in eternū. ſtatim ſubdit. Uade cōgrega ſeniores iſrł. et dices ad eos. Dñs deꝰ patrū vroꝝ apparuit mihi ⁊c. hoc ē dicere. licet toti ppło hoc nomē ſit intimādū. tn̄ in ſpāli h̄ habes annūciare ſenioribꝰ q̄ de hoc meliꝰ pñt erudiri. vnde et de iſtis ſenioribꝰ dicit in eodē cōtextu paucis interpoſitis. Et audiet vocē tuā. qᵭ intelligendū ē nō ſolū p obedientiā ſʒ etiā intelligēdo. iuxta illud Lu. viij. Qui hʒ aures audiēdi audiat. Cōſequēter dicit. Deꝰ apparuit mihi vt in hoc oſtēderet altitudo gradꝰ ꝓphetie ipiꝰ moyſi. Altior enī gradus ꝓphetie eſt. ſi ille q̄ loquit videat in ſpē dei repñtatiua. ſm illud Eſa. vi. Uidi dñm ſedentē ⁊c. q̄ʒ ſi videat in ſpē angeli vel hōis. vt in ſcda ſcde. q. clxxi. ij. art. iij. in cor. q̄ōis. Cetera aūt exponant ſicut i poſtilla.

Replica correctorij contra bur. delyrantem.

In ca. iij. burg. poſtillatorē redarguit de breui lr̄e
i expeditiōe pmittēs multa addere. ⁊ implet totū
vnū quinterniū. ſʒ q̄ inutilia ⁊ vera ⁊ ad expoſitionē littere neceſſaria patebit infra. Primo enī cōtra poſtillatorē dicentē angelū fuiſſe locutū in pſona dei. iō aliquando angelꝰ aliquādo dñs eſt nōiatus. Inuehit pter rōnē dicēs. deū in ꝓpria pſona fuiſſe locutū nō p angelū. Hoc autē eſt contra beatū Greg. ⁊ glo. interlineare ſumpta a beato Greg. dicentē. Angelus q̄ moyſi deſcribit apparuiſſe. modo dñs modo angelꝰ memoratur. Angelus: q: exterius loquēdo ſeruit. Dñs quia interius pſidens loquēdi efficaciā tribuit. cū enī loquēs ab interiori regit ex p obſequiū angelus ⁊ per inſpirationē dñs nuncupatur. ſʒ et datio legis fiebat per angelos in manu mediatoris. vt dicit apoſtolus ad Gala. iij. vbi littera videt clariꝰ loqui q̄ʒ in ꝓpoſito. Et ſentētia beati Aug. in diuerſis locis eſt ꝙ nunq̄ʒ locutꝰ ſit ſenſibiliter creaturis. niſi in ſubiecta creatura. vnde patet q̄ʒ inutile ſit burgen. iſta nouiſſe.

Itē ſcdm qᵭ mouet burg. in hoc ca. eſt ꝙ miratur quare moyſes videns angelū et audiens dominum non legit adoraſſe. et reſpondet ſue admiratiōi. ꝙ moyſes adeo humilis fuit ꝙ eſtimauit ſe ad adorandū indignū. et ponit exemplū de publicano. ſed videtur delyramentū dicere tantā humilitatē alicuius eſſe. vt ſe reputet indignū actiua adoratione. non enī videt humilitas ſed fatuitas ꝙ quis non ſit dignus benefacere. ſaltem optimo genere virtutis. que eſt pietas ⁊ theoſebia. cuiuſmodi ē dei adoratio. Humilitas enī promouet orationem nō diſtrahit nec impedit. quia oratio humiliantis ſe penetrat celos. Eſt eī dei adoratō oībꝰ cōis ⁊ neceſſaria. iuxta illō. Dñm deū tuū adorabis. ⁊ illi ſoli ſeruies. cū hūilitas impedimētū pſtare nō pōt. Ubi enī virtutū poſuerāt cōnexionē. Et hic burg. ſepat hūilitatē a pietate que ad oīa valet. vt dicit .i. ad Thimo. iiij. Nec valet exemplū de publicano quē ⁊ euangeliū Luce. xviij. ⁊ beatꝰ Auguſt. non obſtante

humilitate oſtēdit adoraſſe ⁊ dixiſſe, deꝰ ꝓpiciꝰ eſto ⁊c. Ex enī hūilitas ſolū ad hoc tēdebat. ꝙ reputabat ſe indignū leuare oculos in celū. cū hoc tñ ſtat adoratio. pcutiendo pectꝰ ſuū. ita ⁊ moyſes in ꝓpoſito. etſi ex hūilitate abſconderit faciē ſuā. nō minꝰ adorauit ⁊ corꝑaliter ⁊ mētaliter ⁊ idē burg. dixit poſt ꝑdictū delyramētū meliꝰ recolectus.

Itē tertiū qđ mouet burg. in hoc ca. eſt de ſigno dato moyſi. qđ cū poſtillator dupl'r expoſuiſſet burg. vtranqꝫ expoſitionē reprobat ⁊ ꝓpriā ponit. Prio igit̄ rñdendū ē ſuis obiectiōibꝰ. ſcđo ſua expoſitō ꝯtractāda. Improbat aūt primā expoſitionē ex duobꝰ. Prio qꝛ moyſes nō petebat ſignū. ſcđo qꝛ moyſes fuiſſet modice fidei ſi ſignum petiuiſſet. Pro ſolutiōe vtriuſqꝫ notādū. ꝙ deꝰ ſignū dedit ſepe nō petētibꝰ. imo aliqñ petere nolēti. ſicut pꝫ de achaz Eſa. vij. Et in hora natiuitatis xpi paſtoribꝰ ſignū nō petētibꝰ dixit angelꝰ. Et hoc erit vobis ſignū. Luc. ij. Moyſi igit̄ nō petēti nec dubitāti ſꝫ inſufficientiā ſuā recognoſcēti dat̄ ſignū ꝑ ſui ꝯfortatiōe. Improbat etiam ſcđam expoſitionē ex duobꝰ. Prio ꝙ imolatio ſup mōtē illū nō potuit eſſe ſignū eductiōis ꝓpli q̄ tpe illiꝰ immolatiōis fuit ꝑterita. qm̄ fruſtra poneret̄ tale ſignū. Scđo qꝛ nō potuit moyſi eſſe ſignū future introductiōis in terrā ꝓmiſſam. qꝛ ipe eā nō intrauit. Rñdeo ad primū ꝙ argumētū fundat̄ ſup falſa imaginatiōe. ſ. ꝙ ſignū ſemper debeat ꝑcedere ſignatū. qđ fm̄ eſt. vt patꝫ ſup illo Eſaie vij. infra. Pete tibi ſignū ⁊c. Etiā pōt dici put catholici expoſitores; ꝙ immolatio ſup mōtē fuit duplicis effectꝰ duplex ſignū. Fuit enī ſignū rememoratiuū exitꝰ de egypto. ⁊ ꝓnoſticū ingreſſus ad terrā ꝓmiſſiōis. vt ſit ſenſus Hoc habebis ſignū ⁊c. ꝙ ſicut ꝑ imolationē erāt rememorādo grati de exitu. ita ꝑ fide erāt certi ꝓnoſtice de ingreſſu. Huc ſenſum iuuat ꝙ dr̄ infra. xiij. ca. Erit quaſi ſignū in manu tua ⁊ quaſi qđ appēſum añ oculos tuos, eo ꝙ eduxit te dñs in manu forti ⁊c. vbi manifeſte patet ſignū rememoratiuū etſi nō ſit ꝓnoſticū. Sꝫ ꝙ ſcđo obijcit burg. ꝙ nō fuit moyſi ſignū. qꝛ nō introduxit populū. Rñſio ꝙ illa imolatio fuit moyſi ſignū rememoratiuū ſolū. ſꝫ ꝓplo vtroqꝫ mō. Etiā fuit moyſi ſignū ꝓnoſticū non ad introducēdū ſꝫ ad diſponēdū ⁊ regēdū ꝓpli ingreſſuꝫ. vt pꝫ in Deut. Quo ad articulū principale ſcđm videri pōt q̄ntū valeat expoſitio burg. qꝛ ponit duo. primū ꝙ moyſes erat modice reputatiōis eo ꝙ paſcebat gregem. ſcđm ꝙ hoc fuit ſignū de q̄ ſermo ꝙ ꝑ eū q̄ modicꝰ fuit deꝰ voluit magna facere. ⁊ nō ꝑ potētes. vt alteri nō imponeret̄ niſi ſoli deo nō hoi. Sꝫ primū dictū videt̄ falſū. qꝛ moyſes fuit tā elegās in exordio natiuitatis vt ꝑ filiā pharaōis adoptaret̄. vtꝫ in prin. Exo. Fuit etiā tam fortis et aīoſus in ꝓgreſſu. vt egyptiū occideret. ⁊ tā excellēs vt ietro vnus de potioribꝰ ſacerdotibꝰ madian ei fugitiuo filiā ſuā coniugio traderet. nec ꝓbatio burg. valet ꝙ qꝛ fuit paſtor gregis. iđ fuit modice reputatiōis. Paſcere enim gregē in veteri lege nō fuit vile offm̄ ſꝫ offm̄ patriarchaꝝ Iuxta illud Geñ. xlvi. et. xlvij. Paſtores ouiū ſumꝰ nos ⁊ patres noſtri. Nec ſcđm dictū valet. qꝛ cū opa ſunt ſupra hūanā facultatē; cuiuſmodi fuit eductio filiorū iſrl'. nemo ſic deſipit q̄ deo vero vel falſo aſcribant̄. Non igit̄ oportuit fidelibꝰ ob id dare ſignū vt moyſes vel ꝓplus crederet deū illoꝝ mirabiliū auctorē q̄ facit mirabilia ſolus. Itē quarto mouet bur. ꝯ poſtil. exponētē nr̄am trāſlationē q̄ dicit. Sū q̄ ſum. ⁊ hebraicā lr̄am q̄ ſonat. Ero q̄ ero dicēs vtrāqꝫ lr̄am idē importare. ſ. dei neceſſe eē eternū ⁊ imutabile. et dicit burg. illā expoſitionē eſſe ꝯ rōnē et intētionē ſanctoꝝ. Sꝫ in vtroqꝫ fallit̄ bur. pēſando verba poſtillatoris. Vult enī dicere ꝙ ꝑ hoc modꝰ eēndi ipiꝰ dei ē neceſſariꝰ eternꝰ ⁊ imutabilis. qꝛ ſine diſtinctione ⁊ differētia ex parte dei. de deo vē dr̄ vbū ꝑteriti tpis ſicut futuri vel pn̄tis. qꝛ oēs differētie tpis eternitati immutabili ⁊ indiuiſibili coexiſtūt. iđ be. hiero. in ſua tranſlatiōe poſuit pn̄s vē. ⁊ hebraica vitas futuri vē. ⁊ diuiniſſimꝰ Iohānes exprimere volēs eternā ⁊ neceſſariam vbi diuini generationē vtit̄ vbo ꝑterito dicēs, In principio erat vbū. Et in Apoc. vtit̄ omībꝰ differētijs tpm d. Qui ē; q̄ erat; ⁊ q̄ vēturꝰ ē. Secꝰ ē in creaturis et mutabilibꝰ; in q̄bꝰ nihil ē niſi pn̄s. ⁊ de his ꝓcedit rō burg. ſupra ex aucte be. hiero. ⁊ aug. dicētiū. Que erūt nondū ſūt. Qui modꝰ loquēdi in deo locū nō hꝫ. imo fm̄ verā ⁊ ꝓpriā rōnē nec pn̄s tps de deo dr̄ vt ꝑ hoc poſſit dei eternitas ꝑſuaderi. Nā ſicut futuꝝ nōdū ē. ita pn̄s aliqñ nō fuit. ⁊ cito nō erit. q̄ ad diuina nō ꝑtinēt. Rō igit̄ poſtillatoris bona ē. q̄ modū eſſendi dei dicit eternū ⁊ imutabilē. qꝛ indifferēter oē tps de deo dicit̄. eſt; fuit; ⁊ erit. nō rōne ꝓpria ſꝫ rōne qua coexiſtūt coeternitati. veriꝰ eternitas immutabilis fluxui tpis ⁊ oībꝰ eis differētijs coexiſtit. Ait enī be. aug. ꝑ bur. allegatꝰ. Eſſe vſſime cōpetit deo. qꝛ immutabilis ē. ⁊ illa. q̄ ſunt mutabilia ꝑfecte nō ſeruāt eſſe. Si igit̄ futuꝝ in deo diſtigueret̄ a pñti vē mutabilis eēt. Ex oppoſito enī ꝑdicati infert̄ oppoſitū ſubiecti. qꝛ deꝰ ē imutabilis. iđ in deo nō differt pn̄s a futuro. Et hec fuit intētio poſtillatoris cōiūgētis pn̄s nr̄e trāſlatiōis futuro hebraice vitatis. eiuſdē ſnīe be. auguſtin. ē. xi. de ciui. dei ca. xxi. dicēs. Deꝰ futura ꝑterita ⁊ pn̄tia cōprehendit. Eius ꝑterita iđ nō ſint. futura nōdū ſūt. Si igit̄ in dei ſcia ille dr̄e tpm nō diſtiguunt̄. igit̄ nec in eiꝰ eſſentia ⁊ modis eſſendi cū dei ſcia ſit eiꝰ eēntia ⁊ ecōuerſo. Et nota ꝙ in h̄ loco bur. recedit a ſanc. tho. cuiꝰ dicta oīa in ſuo ꝓlogo viſus ē deificare. Itē in q̄nto mouet̄ bur. ꝯ poſtillatorē imponēs ei cū dr̄. Dixitqꝫ iteꝝ dñs. Poſtillator exponit ly iterū ꝯ q̄rētibꝰ. ſꝫ ꝯſiderādo ea q̄ ꝑmiſit poſtillator manifeſtū erit ꝙ ei burg. fl'm imponit. ꝑdixerat enim ꝙ moyſes hic duo fecit. q̄ſiuit enī de noīe mittentis expſſe. ſcđo de cōditiōe mittētis tacite. ⁊ qđ dñs ad ſcđum prio rñderit fm̄ hebraicā trāſlationē dicēs. Ero q̄ ero. fm̄ nr̄aꝫ trāſlationē. Sū q̄ ſum. ꝑ q̄ ad q̄ōnē expſſe de noīe q̄rētē nō ē rñſum. qꝛ ꝑ illā rñſionē nullū nomen dei ſignificat̄. vt etiā ipe bur. fatet̄ ꝯ ſanc. tho. ſignificat̄ tñ cōditio ⁊ modus eſſendi q̄ ē eternitas ⁊ imutabilitas, put in ꝑcedēti ꝑſcto expoſita ē. Sꝫ ad expſſam q̄ōnē q̄rentē de nomine rñdet̄ ſcđo cū dr̄. Dixitqꝫ iteꝝ dñs. vt ly iteꝝ referat̄ ad ſecundā rñſionē. q̄ reſpicit q̄ōnē expſſam priꝰ factā nō repetitā. vt fingit bur. ꝯ poſtillatorē. Itē ſexto mouet̄ burg. ꝯtra poſtil. q̄ſi diminute ſe habuerit circa nomē diuinū. qđ nō ē modice attētiōis. Mouet igit̄ de illo noīe duodecim q̄ōnes. de q̄bꝰ magnū facit tractatū ad expoſitiōꝫ lr̄e modicū faciētē. vt patꝫ in eaꝝ ꝯtractatiōe. poſtillator aūt plane expoſitionē lr̄e intēdēs hmōi q̄ōnes ⁊ inq̄ſitores eaꝝ ad libꝝ be. dyoni. de di. no. ⁊ alios remittit. Eſt enī ſui ꝓpoſiti nō tractatus ſcribere ſꝫ breuiter lr̄e immorari.

p Rima igit̄ qđ bur. ē. Suppoſitio ꝙ nomē de quo hic ſermo ſit tetragrāmaton. q̄rit̄ quō h̄ nomen ſcribat̄ ⁊ ꝓnūciet̄. Et rñdēdo dicit ꝙ ſcribit̄ q̄tuor lr̄is. ⁊ iđ dicit̄ tetragrāmaton. a tetra qđ ē q̄tuor. ⁊ gramma lr̄a. Trāſeat h̄ qꝛ ſatis vulgatū. ſꝫ ex h̄ nō hꝫ lr̄alis ſenſus. qꝛ nō exponit illđ nomē ſignificatiue; ſꝫ tm̄ materialiter vt ſcriptū. ⁊ ita h̄ nomē deꝰ ſcribit̄ q̄tuor lr̄is. et ſic poteſt dici eadē rōne tetragrammaton. Et infra in eadem digreſſione. dicit hoc nomē tetragrāmaton non eſſe trāſferibile nec exponibile. Sꝫ manifeſtū ē hoc falſum eſſe ſi vniformiter accipitur ſicut hic ſcꝫ materialiter. quia bur. ipemet exponit dicens. Tetragrammaton dicit̄ a tetra qđ eſt quattuor. ⁊ grāma littera. i. nomē ſcriptū q̄tuor lr̄is. ⁊ cum omnes littere hebraice ſint ſignificatiue vt dicit̄ communiter; ipm nomen fm̄ oēs partes ſuas poteſt

exponi. niſi dicať ꝙ ꝯuis componentia poſſint exponi
nō tñ cōpoſitū. ⁊ ſic oportet eū ꝯcedere cōpoſitum dicere
tertiā entitatē diſtinctā a ſuis partibꝰ ꝙ ꝯuis ver̄ ſit eſt
Secunda que (tū cōtra ſuū mgrm̄. ſ. ſctm̄ Tho.
s ſtio eſt vtrū Tetragrāmaton ſignificet ver̄ deū. ⁊
r̄ndeť ꝙ ſic. ſʒ mirū dictu videť ſm ipm burg. illd
nomē ſcribiť q̄tuor lr̄is q̄ apud latinos ſunt. i. h. h. h. q̄
nullū ſonū hūana lingua formabilē faciūt igiť ab homi
ne pferri nō pōt. ⁊ ſic ſi hō nō pōt habere i aīo vocis cōce-
ptū. q2 vox nō ē formabil. q̄d igiť pōt apud bur. ſignificaŕ
niſi materialiter vt dicit in. i. qōne. Nec pbat ꝓpoſitū ſu-
um. p h̄ ꝙ allegat ex lr̄a. Hoc nomē ē mihi ineternū. q2
h̄ dř deꝰ patrū nr̄oꝝ. abraā: yſaac: ⁊ iacob. vbi loquiť de h̄
toto complexo. qđ videtur ſatis exponibile ⁊ trāſferibile.
Tertia qō eſt. An illud nomē ſit ꝓpriū vel appella-
t tiuū. ⁊ r̄ndeť ꝙ ſit ꝓpriū. ⁊ pria rō ſui dcī ⁊ pricipal
vt dicit oībꝰ liguis cōis ē. q2 nō hʒ plurale nūex.
immo vt dicit nō pōt fingi pluralis nūerꝰ hꝰ nois. ſicut
fingiťꝰ de noie ſymō ſymones. Sʒ q̄cq̄d ſit de ꝯcluſiōe ꝛ
rōnes modicū ꝯcludūt. Pria eni rō reduciť ꝯ faciētē ſic. l
Nō habēs plurale ē nomē ꝓpriū nō appellatiuū. ſed ſo-
deꝰ ⁊c. ē hmōi qđ nō hʒ plurale nūex. igiť ⁊c. ꝯñs ē falſu.
igiť aliqua p̄miſſaꝝ. nō mīor ḡ maior q̄ ē bur. Et ſi q̄s di
xerit p illō qđ addit. ꝙ nō pōt fingi plurale ſicut de cete
ris cōibꝰ ⁊ ꝓpriis. h̄ vidř fruſtra dictū. q2 poſſumꝰ fingere
tetragrāmatones ſic ſymones. Nec ille ſunt potiſſime rō
nes q̄re aliq̄d ē ꝓpriū q̄s bur. adducit. Eſt ei potiſſima rō
ꝓprietatis ⁊ ſingularitatis ſm grāmaticos. vniuoce plu-
ra ſignificare nō poſſe. equoce aūt pōt equocatiōe a caſu
vel cōſilio. nūc aūt deꝰ ita ē nomē ꝓpriū ꝙ vniuoce nō ſi
gnificat plura. nec pōt vniuoce plura ſignificare ꝯuis eq̄
uoce. ſicut vnū ſignificare p eſſentiā plā p participatione
vel vt magis ꝓprie dicā vnū ſubſtātialr plura nuncupa
tiue. cū h̄ tñ ſtat ꝙ deꝰ nō ſit nomē ſignificās ita ꝓprie q̄n
ſit tribꝰ pſonis cōe. Sʒ de tetragrāmaton voce ſignifica
te nō dʒ eſſe altercatio cū res ſignificata ſit nota. nūc aūt
nulla res diuīa ſignificata ſiue ſit ſubſtātia ſiue ſm ſub-
ſtātiā. ē ꝓpria. q̄n ſit cōicabilis tribꝰ citra relatiōes origi-
nis. nec aliq̄ vox ſignificās ſic erit ꝓpria. q̄n ſit tribꝰ cōis.
niſi q̄s velit dicere ꝙ tetragrāmaton ſignificet ꝓprietatē
originis incōicabilē. tūc qua rōne ſignificat vnā ꝓprieta
tē eadē rōne qualibet aliā. ⁊ ſic ſignificabit plura. ⁊ p cō-
ſequēs nō ita ꝓpriū vt fingit burg. Ea q̄ de rex diuinarū
cōicabilitate ⁊ idēptitate. vbi nō obuiat relatiōis oppoſi
tio dicta ſunt. habenť ex dictis bea. Dyoni. de di. nom. ⁊
eiꝰ cōmētatoris vercellēſis. ⁊ aug. de trini. Et ſi q̄s cultor
ineptiaꝝ burgēſ. refugere voluerit ad vltimatā abſtractio
nē. ⁊ dicere ꝙ tetragrāmaton ſignificat diuinā eſſentiā ſi
ne oīm cōparatiōe ⁊ reſpectu ad pſonas ⁊c. Et tūc ſʒ ſcho
lā phoꝝ ⁊ theologoꝝ res q̄cūq3 nec ē ꝓpria nec cōis. Hic eī
eſt modꝰ loq̄ndi auicēne. v. ſue metaphy. eq̄nitas ⁊ eq̄ni
tas. nec ē ſingularis nec vlīs. ſʒ ē eq̄nitas tm̄. etiā hāc fu
gā tollit idē bur. infra di. ꝙ ſignificat eſſentiā diuinā. put
eſt ſm modū loquēdi damaſceni pelagꝰ ſubſtātie infini-
tū. ſic eni nō ſignificaŕ cū tali abſtractiōe ſʒ cū vnitiua cō
Quarta qō eſt. An (tinētia oīm pfectōnū ſimplr̄
q tetragrāmaton ſit marie ꝓpriū nomē dei. et dicit
ꝙ ſic. In cuꝰ ꝯcluſiōis deductiōe q2 intricatꝰ
reduco factū eiꝰ ad ſeptē dicta quoꝝ primū ē. Qđ ſanctꝰ
Tho. pria parte. q. xiii. art. xi. q̄ ponit q̄ eſt. fore ꝓpriū no-
mē dei deuiat ab hebraica vitate. Secūdū dictū ꝙ tran-
ſlatio nr̄a cui ſanc. tho. innitiť ſilr̄ deuiat ab hebraica vi
tate. Tertiū dictū. ꝙ ſignificatio nois tetragrāmaton de
pēdet ex ſignificatiōe lr̄aꝝ ex q̄bꝰ cōponiť. Quartū dictū
nomē tetragrāmaton magis indeterminate ⁊ cōius ſigni
cat diuinā eſſentiā ꝙ q̄ ē. Quītū dictū q̄ ē. ē ꝓpriū dei. ſʒ ſi
gnificās cū tpe ⁊ cōcretiue. Sextū dictū q2 ꝯcretiue ſignifi
cat. ꝯ dicit cōpoſitionē. idō nō ꝯuenit alicui dicto de deo.
Septimū dictū. pn̄s tps cōuenit deo non p̄teritū nec fu
turū. q2 nec eternitati. Hec ſeptē dicta clare habenť i de-
terminatiōe huiꝰ ſue q̄rte qōis. In q̄x prio improbat ſuum
quē p cūctis magnificat mgrm̄. In plogo eī ſui correcto-
rij nitiť dicta eiꝰ canonizare. aſſerēs ea igne caritatꝭ exa-
minata. ⁊ naturalis rōnis dictamine multiplr̄ purgata.
Sepe eī pferť ipſ be. hiero. aug. ⁊ alijs. ⁊ tñ eū hic audet i-
probare. imo dicit eū delyrare. Sʒ vt videť in ſcdō dicto
nititř illā rñſionē moderare q̄ſi ſanc. tho. deuiās ſit a no-
ſtra trāſlatiōe ſeductꝰ. quā etiā dicit ab hebraica vitate
delyrare. qđ nō vidř. q2 trāſlatio nr̄a ponit pſens. vbi he-
braica lr̄a ponit futuꝝ ſilr̄ ponit. Sum q̄ ſum. iſta. ero q̄
ero. ⁊ h̄ nō ē delyrare. ſʒ potiꝰ cōcorditer diuini eē eterni-
tatē oñdere. ⁊ imutabilitatē. cū p̄cedāt indifferēter dice-
re de deo eo mō q̄ declaratū ē in q̄rto correctorio hꝰ ter-
tij ca. Fundať hic modꝰ dicēdi in ſacra ſcriptura que de
deo dicit Apoc. i. q̄ eſt. q̄ erat. ⁊ q̄ vēturꝰ ē ⁊c. ⁊ ita poſtil-
lator exponit. Nullū ei nomē exprimiť pſum q̄ ſum: nec
p̄tero q̄ ero: ſʒ ſolū modꝰ eſſendi. qđ ſi be. tho. vt bur. in-
tellexiſſet ex trāſlatiōe nr̄a nō recepiſſet occaſionē deuiā
di. put bur. ei imponit. ⁊ h̄ ptʒ. ſ. in quīto hꝰ ca. correcto-
rio. Per tertiū aūt dictū vidř burg. ꝯtradicere rñſioni hꝰ
q̄rte qōnis. q2 dicit nomē tetragrāmaton ſignificatiuū
ſignificatiōe lr̄aꝝ ex q̄bꝰ cōponiť. ⁊ ita vidř accipi materi
aliter. nullū aūt nomē materialr̄ acceptū pōt eſſe marie
ꝓpriū nomē dei. ſʒ nomē tetragrāmaton ē hmōi. vt dicit
bur. Sʒ ⁊ q̄rtū dictū repugnat rñſioni tertie qōnis vbi dř
ꝙ hoc nomē tetragrāmaton ſit ꝓpriū ⁊ nullo mō appella
tiuū. hic aūt dicit ꝙ indeterminatiꝰ ⁊ cōiꝰ ſignificat. hec
aūt eſt cōditio nois appellatiui nō ꝓprij. In q̄nto autē di
cto ꝯtracās opinionē ſui mgrī dicit. q̄ eſt. eſt nomē ꝓpri
um. ſʒ nō ſicut tetragrāmaton. q2 primū ſignificat cū tpe ⁊
cōcretiue. ⁊ declarat h̄ mō loq̄ndi pritiani cuꝰ regule ſa
cra ſcriptura ſubijci nō debet. vt dicit bea. hiero. Etiā et-
ſi verba ꝓprie ſignificāt tps ⁊ cū tpe applicata trāſitorijs.
applicata aūt diuinis nō ſignificāt tps mēſurās ſed eter-
nitati coexiſto. put declaratū ē. ſ. in q̄rto hꝰ capl̄i correcto
rio. Sextū aūt dictū brocardicū ē. q2 cōcretiue dictum ſi
gnificat cū ꝯpoſitiōe. idō nihil taliū cōpetit deo. Ens enī
deū intēgrū ē cōcretiue ſignificat. q2 identice includit rō-
nem ſui formalē. ⁊ formaliter dicať de deo. tñ nullā dicit
cōpoſitionē. ſicut nec vnitiua cōtinētia omniū pfectionū
ſimplr̄ cōcretiue ⁊ abſtractiue. p huiuſmodi del'gramētū
huius ſenſus ceſſaret diſputatio ſcoti ⁊ alioꝝ de ſubiecto
theologie. ⁊ rōne formali ſubiectiua q̄ ſe habēt ſicut con
cretū ⁊ abſtractū. ⁊ ita dicať cōiter deū eſſe ſubiectū theo
logie ſub formali rōne deitatis. ⁊ ita nomē tetragramma
ton nō ptineret ad theologiā. quia nec pertinet ad ſubie
ctum nec rationē formalē ſubiecti. pro eo ꝙ burgē. ſupra
dicit ipm nec concretum nec abſtractū. Et ſi dicat quis
fautor burg. ꝙ non pertinet ad theologiā noſtrā ſed dei ⁊
beatorum. Quid igitur burg. laborat circa id qđ ad nos
non ptinet. immo apud nos intelligibile. ineffabile. ⁊ in-
ſyllabicabile eſt. ⁊ per conſequēs ad ſenſum litteralē im-
pertinens. Septimū dictum eius ꝙ ſcilicet deo cōuenit
preſens tempus. non preteritum nec futurū ſicut verum
eſt de preterito ⁊ futuro ꝙ deo nō conueniāt. ita de pſen
ti. Tempus eni pſens quantū eſt ratiōe tpis aliquando
non fuit. ita cito nō erit. tale etiā deo nō cōuenit. et ſi cō-
uenit deo. hoc eſt ideo quia pſens eſt eternitati coexiſtēs.
ſic ſimili modo cōuenit deo pteritum ⁊ futurū. prout ſu-
pra quarto correctorio dictum eſt.
q Quinta queſtio eſt vtrum tetragrammaton ſigni-
ficet ad placitum et non naturaliter reſpondet

dicẽs p̄mo q̄ ſignificat ad placitū ex inſtitutiõe diuīa nõ hūana. ſcdo dicit q̄ ex illa inſtitutiõe ſignificat ſubſtātiā dei incõmūicabiliter ⁊ adequate. p̄mo dicto ſtāte ſcd̄m videt̄ fl'm. qd̄ ſic p̄z p̄mo. Nā ſi illud nomē ſignificat eēntiā diuinā adequate tūc ſignificat eā ſicut ē. ſ; nõ ē. nec eſſe põt incõicabilis. nec incõicabiliter. igit̄ illud nomen nõ ſignificat eā ſic. niſi falſe ſignificaret ⁊ aliter q̄ȝ ē. ſic q̄ȝ nõ adequate. Nec valet dicere q̄ intelligit de incõicabilitate adextra. q̄ȝ multa noīa ſic ſignificāt diuinā eēntiā. ſicut indepēdēs. infinit⁹. cū p̄ma ⁊c. q̄ p̄dicata nõ ſūt adextra cõicabilia. Scdo p̄baẗ idē ſic. Illō nome ſignificat eēntiā diuinā p̄ut ē in mēte diuīa. vt dicit burg. ſ; in mēte diuina citra relatiões originis nihil ē incõicabile nec incõicabiliter igit̄ ⁊c. Itē tertio. Illud nomen ſignificat eēntiā dei adequate. vt dicit burg. igit̄ oīb⁹ modis q̄bus intelligibilis ē. p̄z ꝯn̄ia ex rõne adequationis inter ſignificās ⁊ ſignificabile. ⁊ inter intelligēs ⁊ intelligibile. q̄ȝ voces ſunt note eaꝝ que ſunt in aīa paſſionū. i. Perihermenias. Ex ꝯſiti arguit̄ ſic. Significat eā oīb⁹ modis q̄b⁹ ſignificabilis ⁊ intelligibilis ē. ſ; eſt intelligibilis. cõicabilis. et cõicabiliter. igit̄ ſignificat eā cõicabiliter. Dicit aūt burg. q̄ incõicabiliter ſi ſic igit̄ incõicabiliter ⁊ cõicabiliter. q̄ ē cõtradictio cõſurgēs ex adequatõne. ⁊ ſic p̄ma pars illi⁹ cõtradicit ſcde eiuſdē dicti. ⁊ neſcio quō ſtant ſil'. Tetragāmaton ſignificat eēntiā diuinā p̄ut ſolū ē in mēte diuina. vt dicit bur. ⁊ q̄ idē bur. ipm̄ ſic vel ſic dicẗ ſignificare. cū latuerit quō fuerit ⁊ ſit i mēte diuina cum excedat vt dic̄ oēm hūanū cõceptū. niſi forte bur. p̄ſumat ſe e celo lapſum ⁊ magni cõſilij angelū. Addit etiā in h̄ loco. q̄ ſicut de⁹ ſeipm̄ p̄fecte ſolū noīat mētaliter. ſic et ip̄e ſol⁹ ſeipm̄ noīat p̄ voces p̄fecte ab eo inſtitutas. que ſunt ſigna ſui intellect⁹ ad placitū inſtituta. Cetera autē noīa diuīa ſignificāt ſolū modū eēndi diuinū p̄ut cognitio nr̄a q̄ finita ē. ⁊ a cognitiõe creaturaꝝ accepta attigit. Vn̄ ſequit̄ q̄ nulla creatura põt hoc nomē exp̄mere. nec eſſe capax illi⁹ noīs p̄fecte. cū tn̄ ip̄m nomē ſit creatura a deo inſtituta. oīs aūt creature creatura capax ē. etiam ſi ſumma ſit. Iō dicim⁹ aīam xp̄i ſumme gr̄e fuiſſe capacē. Nec vid̄r valere differētiā qua ponit inter illud nomen ⁊ cetera noīa diuina. q̄ȝ eternitatē. infinitatē. indepēdētiā ⁊c. nõ poſſum⁹ attingere p̄ cognitionē nr̄am acceptam a creaturis niſi arguitiue. et ſic poſſum⁹ ſignificationē tetragrāmaton ſil'r accipe. arguēdo aliq̄d eſſe quale ſignificat illud nomē. ſicut ⁊ burg. in hac digreſſiõe facit. Sequit̄ etiā fidei xp̄iāe nõ bene p̄uiſum. cū nõ habeat ſibi tale nomē reuelatū qd̄ ita p̄fecte ſignificet deū ſicut tetragrāmaton.

In. vi. q̄one q̄rit. vtrū hui⁹ inſtitutiõis ſit aliqua rõ q̄rēda. R̄ndet q̄ nõ. in eadē tn̄ digreſſiõe vt caritas more ſuo repleat ab īq̄ſitiõe inutili neſciuit abſtinē.

In ſeptima q̄one dicit burg. q̄ factor miraculorū cõuenit deo ſub rõne ſignificatiõis tetragrāmatō ſed hoc vid̄r manifeſte falſum. Nā facere miracula ē op̄atio dei adextra. q̄ cõis ē trib⁹ p̄ſonis. ad quas ſignificatio tetragrāmaton ſe nõ extēdit. vt p̄z ex correctorio q̄nte q̄onis. Et qd̄ addit q̄ de⁹ facit miracula ſub rõe oīpotētie fundate in ſignificatiõe noīs tetragrāmatō. vid̄r fruſtra dictū. q̄ȝ eadē rõne ⁊ fortiori ſub ſignificato eius generaret ⁊ ſpiraret. q̄ȝ rõ ⁊ p̄ncipiū generādi ⁊ ſpirandi fundaẗ in eſſentia diuīa ſignificata p̄ nomen tetragrāmaton. nec aliq̄d cogitari poterit quin ſub noīe tetragrāmaton. ⁊ ei⁹ ſignificatiõe fiet. ⁊ illa curioſitate burgē. fauere vid̄r erroribus ſup̄ſtitioſis. cõiurationib⁹ exorciſtaꝝ. et diuinoꝝ. q̄ cū crucib⁹ ac caracterib⁹ ſepe reperiūt adonai aglan ⁊ tetragrāmaton. q̄ p̄culdubio latini ⁊ xp̄iani a p̄fidis iudeis didicerūt. Vn̄ ſic dicēdo burgē. vid̄r multū iudaizare. nā multi ſancti no. teſt. dei v̄tute miracula plura fecerūt nomē tetragrāmaton. ei⁹ ſcripturā. vocē ⁊ ſignificationē penit⁹ ignorātes. Petrus in noīe Ieſu xp̄i nazareni claudū ambulare fecit. Et reliq̄. Et in ve. te. cū nomē illud nōdū fuiſſet impoſitū ⁊ publicatū facta ſunt miracula. ⁊ abſurdiſſimū vid̄r creaturā inſtitutā a deo cuiuſmodi ē hoc nomē aſſignare p̄ rõne ſub qua p̄p̄ie fiāt miracula. Audiui quoſdā iudeos cõuerſos cõfitētes q̄ apud iudeos ē ille error. q̄ ieſus v̄tute noīs tetragrāmaton. q̄ ip̄e ſciebat fecit ſua miracula. ⁊ q̄ hodie q̄libȝ ſciēs illud nomē faceret miracula q̄ apud xp̄ianū male ſonāt.

Octaue q̄onis r̄ſio etiā error vid̄r. Dicit nāq; q̄ deo ſub ſignificatiõe illi⁹ noīs p̄p̄ie p̄tinet imolari ⁊ ſacrificari. q̄ȝ vt inq̄t ſp̄ vbi i ſacra ſcriptura fit mētio de ſacrificijs ⁊ oblationibus fit interp̄tatio hui⁹ noīs. Ex q̄ ſequit̄ q̄ nos xp̄iani etiā veriſſimū ſacrificiū agni imaculati ieſu xp̄i offerētes nõ p̄p̄ie ſignificam⁹. q̄ȝ nuſq; in xp̄ianoꝝ ſacrificijs mētio fit de h̄ noīe.

None etiā q̄onis r̄ſio vid̄r inepta. cū dicit p̄p̄lum fidelē diuino cultui ſub ſignificatione illi⁹ noīs applicari ⁊ aſcribi. Applicatio ei p̄p̄li xp̄iani et aſcriptio ad cultū diuinū fit in baptiſmo generalr̄. in ꝯfirmatiõe ⁊ ſacroꝝ ordinū collatiõe ſp̄aliter. in q̄b⁹ oīb⁹ illius noīs tetragrāmatō nulla fit mētio. Si igit ſolū ſub illo noīe aſcribit̄ q̄s diuino cultui. ſequit̄ xp̄ianū p̄p̄lum nõ legittime aſſcriptū. qd̄ ē deſtruere fidē nr̄am. immo nec iudaic⁹ p̄p̄ls ſic fuit aſcript⁹. Ante eni inſtitutionē ⁊ publicationē hui⁹ noīs multi ſunt dei cultui applicati. ſicut Abel Noe Abrahā. ⁊ ceteri q̄b⁹ h̄ nomē non fuit indicatū. vt d̄r infra. x. hui⁹.

In decima q̄one dicit de efficacia hui⁹ noīs. vtrū illa eſſet ex inſtitutiõne vel deuotiõe vtētis. Nõ p̄mū. q̄ȝ ei⁹ ſignificatio iuxta inſtitutionē ē ſine quocūq; reſpectu extra vel intra ſine cõcretiõe ⁊ abſolutiõe vt bur. dicit. Nõ p̄tinet ḡ ei⁹ ſignificatio ad talē efficaciā ex inſtitutiõe. q̄ etiā non legit̄ in ſcriptura. Reſtat igit̄ q̄ ex vſu ⁊ deuotiõe vel auctoritate ſicut in noſtra lege orōnes. ⁊ man⁹ impoſitiões ſanctoꝝ inuocatiões ⁊c. q̄ efficacia plus reſpicit illo mō op⁹ op̄atū ex deuotiõe q̄ȝ ex iſtõne noīs cuiuſcūq; l' orōis.

In vndecima q̄one dicit ſolēnitatē hui⁹ noīs fuiſſe tātā. q̄ nõ licuit niſi ſolos ſacerdotes p̄nunciare in b̄ndictiõib⁹. Sȝ h̄ vid̄r implicare. q̄ȝ vt ſ. dictū ē in q̄one p̄ma. h̄ nomē ſcribit̄ q̄tuor l'ris q̄ nõ poſſunt facere ſonū lingua hūana explicabilē. Seq̄t̄ ḡ q̄ nec ſacerdotes poterāt p̄ferre. Dicit igit̄ burg. q̄ ſacerdotes loco ei⁹ ſp̄ p̄tulerūt nomē adonai. qd̄ etiā vulg⁹ p̄ferre potuit. Illa igit̄ explicatio ad ſolēnitatē noīs tetragrammaton p̄tinere nõ videt̄. ceteꝝ verba cõſecratoria diuiniſſime eucharistie ſunt maioris ſolēnitatis ⁊ efficacie q̄ȝ ly tetragrāmatō. nõ obſtāte tn̄ ea ſolēnitate. cuilibȝ xp̄iano cõcedit̄ legere ep̄l'am Pauli. vbi illa verba ſunt expreſſa. Preterea ledit fidē nr̄am. q̄ in iudaiſmo fuerit nomē tāte ſolēnitatis qd̄ apud xp̄ianos nulli⁹ ē reputatiõis. preſertim cū ſit tale fm̄ bur. ſub cui⁹ rõne de⁹ rite colit̄. ⁊ fidelis p̄p̄ls diuino cultui applicat̄. Demū mirandū de beato Iero. q̄ de h̄ noīe nullā in ſua trāſlatiõe fecit mētionē. fuiſſet eni auctoritatis maioris in eccl'ia q̄ȝ bur. ad ſcribēdū talia ſi q̄d v̄itatis aut vtilitatis habuiſſent. ⁊ ap̄lus hui⁹ noīs p̄ bur. p̄dicta magnalia diſſimulās dixit. i. Corinth. ij. Nihil iudicaui me ſcire inter vos niſi ihm̄ xp̄m et hūc crucifixū. Ex q̄b⁹ oīb⁹ recollectis p̄z q̄ȝtū iſta burg. digreſſio ad realē ſenſum p̄tineat. ⁊ merito p̄baẗ iſte burg. ſup̄flu⁹ vbi poſtillator ſufficiēs ē. nõ diminut⁹. vt bur. auſus ē dicere.

In. xij. igit̄ q̄oe bur. volēs ex oīb⁹ dictis ꝯcludere expõȝ illi⁹ paſſ⁹. h̄ nomē mihi ē in eternū. fingit ſine auctē ſcripture. q̄ illō dicat̄ hic

r [a]Eſpōdēs .IIII.
moyſes ait. Nō cre
dent mihi neq; au
diēt vocē meā, ſʒ dicēt nō
apparuit tibi dñs. Dixit
ergo ad eū. [b]Quid ē qđ tenes
in manu tua? Rñdit. Vir
gā. Dixitq; dñs. Proijce
eā in terrā. Proiecit, ⁊ ver
ſa ē in colubrū, ita vt fuge
ret moyſes. Dixitq; dñs.
Extēde manū tuā ⁊ appre
hēde caudā ei⁹. [c]Extēdit
et tenuit, verſaq; ē in virgā
vt credāt inquit ꝙ apparu
erit tibi dñs de⁹ patr̄ tuo
rū de⁹ abraā et de⁹ yſaac et
de⁹ iacob. Dixitq; dñs rur
ſum. Mitte manū tuā in ſi
nū tuū. Quā cū miſiſſet in
ſinū: [d]protulit leproſā inſtar
niuis. Retrahe ait manū
tuā in ſinū tuū. Retraxit ⁊
protulit iterum et erat ſimi
lis carni reliq. Si non cre
diderint inquit tibi, neq;
audierint ſermonē ſigni prio
ris: credēt verbo ſigni ſeq̄n
tis. Qđ ſi nec duobus q̄dē
his ſignis crediderit, neq;
audierit vocem tuā, ſume
aquā fluminis et [e]effunde
eam ſuper aridam ⁊ quic
quid hauſeris de fluuio: v
tetur in ſanguinem. [f]Ait
moyſes. Obſecro domie:
[g]non ſum eloquēs ab heri
et nudiuſtertius: ex erquo

de duobus noībus dei. ſ. tetragrāmaton ⁊ adonai. primū dicit nomē dñi eternū. q2 anteq̄ eſſent creature, hoc nomē ptinebat deo ſm eſſentiā. ſed penſando dicta ſua priora nō videt̄ hoc dictū verū, q2 ſ. dixit circa queſtionē iſtā q̄n tā. ꝙ nō eſt nomē vocale in ſignū diuine intellectōis ad placitū inſtitutū. Conſtat aūt nullā vocē eē eternā, nulliūq; inſtitutū eſſe eternū, nec aliq̄d pductū p̄ter verbū ⁊ ſpūm ſctm, nec illđ nomē vocale prius fuit inſtitutū q̄ publicatū, ſʒ publicatio ei⁹ eſt tpalis, igit̄ ⁊ inſtitutō. Eſt igit̄ inſtitutio ⁊ publicatio ⁊ ſcriptura q2tuor līrīs tpale. Nō poteſt igit̄ ſic dici ē nomē eternū, niſi ſm ideam in mēte diuina. ſic aūt nō đr inſtitutū. ſʒ in eſſentia diuina relucēs vel ab ea pullulans, q̄ ſubtraiteri⁹ ſpeculationis. De ſcđo aūt noīe vicʒ adonai dicit, dici memoriale ei⁹ q2 exprimit̄ vbi tetragrāmatō ſcribit̄ nō habet rōnes vt ſit ex impfectiōe populi ꝙ illud loco illi⁹ pferet̄. qđ pferri nō pt. Eſt igit̄ vnū ⁊ idē nomē qđ apud nos dicit̄ de⁹, qđ ē eternū ⁊ memoriale nō rōne vocis nec ſcripti. ſed ſignificati hic đr. De⁹ abraā ⁊c. ad maiorē declaratione faciendum filijs iſrł. Cetera q̄ burg. addit de cōparatiōe noīs ieſu ⁊ tetragrāmaton trāſeāt, q2 q̄uis inuolutiōes ſimiarū ſint, nō ſunt tū cōtra fidē ⁊ poſtillatorē. Capłm. IIII.

r Eſpondēs moyſes. Hic pñr deſcribit̄ inſtructio ⁊ cōfortatio moyſi p ſigna diuine virtutis oñſiua. Et primo ponit̄ dicta inſtructio. ſcđo moyſi obſecratio. ibi. Ait moyſes. Circa primū p̄mittit̄ cā ſignorū cū dicit̄. a Rñdēs moyſes ait. nō credēt mihi. Lz enī moyſes eſſet certificat⁹ p verbū dñi ꝙ ſeniores pplī verbis ei⁹ crederēt. vt dictū ē. ſciebat tū ꝙ in pplō illo erāt multi rebelles ⁊ increduli. q̄ nō acquieſcerēt verbis, niſi viderēt ſigna diuine vtutis. ⁊ de talibus loquit̄ hic moyſes dicēs. Nō credēt mihi. pp̄ter qđ dñs dedit ſibi ptātē faciēda ſigna in tribus. ſ. in virga in manu ⁊ in aqua fluminis. Ad cui⁹ intellectū cōſiderādū. ꝙ iſta ſigna erāt ordinata ad h̄ ꝙ filij iſrł crederēt moyſi q̄tū ad exitū de terra egypti de mādato dñi. ⁊ iō iſta ſigna fuerūt pporcionata ad hoc deſignādū ſicut in p̄cedeti ca. fuit dictū de viſiōe rubi. Stat⁹ aūt filiorū iſrł in egypto. pōt cōſiderari q̄tū ad ingreſſum pplī in egyptū. qđ fuit p dominiū ipi⁹ Joſeph in egypto. ⁊ ad h̄ p̄cipaliter refert̄ ſignū virge per quā deſignat̄ p̄cipat⁹ ipi⁹ ioſeph. vñ Gen. xlvij. ca. vbi trāſlatio noſtra habet. Adorauit iſrł deū cōuerſus ad lectuli caput. Trāſlatio. lxx. habet. Adorauit iſrł veſtigium virge ei⁹. qđ exponunt aliq̄ doctores nr̄i de virga vel ſceptro ioſeph. qđ portabat in ſignū dominij. ſup qđ ſceptrū iacob innix⁹ adorauit deū. Iſta aūt virga fuit in terra proiecta q̄n poſt morte ioſeph filij ei⁹ cū pplō iſrł fuerunt cōpulſi ad op⁹ terrenū in luto ⁊ latere. ⁊ tūc cōuerſa eſt i colubrū. qđ ē aīal venenoſum ⁊ hoī inſidiatiuū. vñ Gen. iij. ca. dixit dñs ſerpēti. Tu aūt inſidiaberis calcaneo ei⁹. q2 rex egypti filijs iſrł impoſuit. ꝙ venenū malicie cōceperunt cōtra ei⁹ regū. ⁊ ꝙ inſidiabant̄ qualiter ſe poſſent iungere aduerſarijs egyptiorū. vt debellatis egyptijs egrederent̄ de egypto. vt dictū ē. ſ. i. ca. ſʒ apphenſa cauda colubri verſa ē iterū in virgā p qđ deſignat̄ ꝙ finaliter filij iſrł egrederent̄ de illa vilitate ad magnā libertatē ⁊ dignitatē. ſm qđ đr Deuter. iiij. Nec ē alia natio tā grādis ⁊c. Secūdo cōſiderat̄ ſtat⁹ pplī q̄tū ad egreſſuʒ de egypto ſub cura ipi⁹ moyſi. ⁊ ad h̄ refert̄ ſignuʒ man⁹. q̄ prio poſita intra ſinū facta ē leproſa et ſcđo ibi repoſita ſanata eſt. p qđ deſignabat̄ ꝙ filij iſrł q̄n prio repoſiti ſunt cure moyſi. q̄ cura p ſinum deſignat̄. vñ Nūe. xi. dicit̄. Porta eos i ſinu tuo. p hoc fuerūt mag̃ abominabiles egyptijs. et quaſi in conſpectu eorū fetidi. vñ dixerūt moyſi. Fetere feciſtis odorē noſtrū corā pharaone et ſeruis ei⁹. vt habetur infra. v. ca. Sed per manus ſanationē in ſequēti repoſitiōe deſignabat̄ cōſolatio eis futura p curam moyſi ſicut patuit in tranſitu maris rubri ⁊ alijs beneficijs p orationē moyſi a deo ſibi collatis. Status aūt populi intermedius fuit poſt mortē ioſeph. ⁊ anteq̄ moyſes curā populi ſuſciperet. ⁊ in aliqua parte illi⁹ tpis intermedij fuit illud edictū crudele de pueris maſculis hebreorū ſubmergēdis in flumine. ⁊ ad hoc refert̄ tertiū ſignū de aq̄ fluminis verſa in ſanguinē. p qđ deſignabat̄ ꝙ de⁹ requireret ab egyptijs in grauibus plagis ſanguinē puerorū in flumine extinctorū. De his dictis p̄z līa pauc͡ exceptis vocabulis. b Quid eſt ⁊c. nō q̄rit ex ignorātia. ſed vt cōuenientius inferat qđ ſequit̄. c Extēdit ⁊ tenuit. In q̄ apparet obediētia moyſi qui ſtatim cū manu nuda accepit colubrū ad verbū dñi. d Protulit leproſam inſtar niuis. candor lucēs ortus in cute eſt ſignū lepre. vt habetur Leuit. xiij. ca. Albedo aūt niuis habet quādam lucē Et q̄tū ad h̄ tenet ſimilitudo. nō aūt quantū ad omnia. e Effunde ſup aridā. ex quo patet ꝙ nō cōuertebatur in ſanguinē donec effuſa eſſet ſup terram. f Ait moyſes. Hic oñr ponit̄ moyſi deprecatio. Vidēs eī moyſes ꝙ oportebat eū exequi dei mādatū ⁊ ſentiebat ſe min⁹ eloquentē ad tale officiū. ⁊ iō petiuit ſocietatē alicui⁹ magis eloquētis. ⁊ intēdebat hoc de fratre ſuo aaron. tū quia erat eloquētior. vt infra dicet̄. tū q2 erat ſenior tribus annis. vt ſupra dictū ē ca. ij. Cauſam aūt ſue inſufficientie ad loquendum exprimit Moyſes dicens.
g Non ſum ⁊c. ac ſi diceret. licet a iuuentute nō ſim multum eloquēs. q2 ſicut dicūt hebrei habebat vocē exilē, tū poſtq̄ apparuiſti mihi ⁊ locut⁹ es mecū impeditiorī lingue fact⁹ ſum ad loquēdū. q2 fragilitas hūana ex p̄ntia diuina l angelica aliq̄n ſtupeſcit. ſʒ q̄d đr Dan. x. Dñe i viſione tua diſſolute ſūt compages mee ⁊ nihil i me remāſit viriū. ⁊ 2

locutus es ad ſeruū tuum impeditōris ⁊ tardioris lingue ſum. [a] Dixit dñs ad eū [b] Quis fecit os hoīs [c] Aut q̄s fabricat⁹ ē mutū et ſurdū [d] videntē ⁊ cecū [e] Nonne ego. Perge igit̄ ⁊ ego ero ī ore tuo: doceboq̄ꝫ q̄d loq̄ris. At ille. [f] Obſecro dñe inq̄t mitte quem miſſurus es. [g] Irat⁹ dñs in moyſen ait. [h] Aarō fr̄ tu⁹ leuites: ſcio q̄ eloquēs ſit. Ecce ipe egredietur in occurſum tuū: videnſq̄ꝫ te letabit̄ corde. Loquere ad eū et pone verba mea in ore ei⁹ ⁊ ego ero ī ore tuo et ī ore illi⁹. ⁊ oſtēdā vob̄ q̄d agere debeatis. Et ipſe loquet̄ p̄ te ad ppl'm ⁊ erit os tuū [i] tu aūt eris ei ī his q̄ ad deū ptinēt. Virgā q̄ꝫ hāc ſume ī manu tua ī q̄ facturus es ſigna. [k] Abijt moyſes ⁊ reuſus ē ad ietro [m] ſocerum ſuū. Dixitq̄ꝫ ei. Vadā ⁊ reuertar ad frēs meos ī egyptū, vt videā ſi adhuc viuāt. [n] Cui ait ietro. Vade in pace. Dixit ḡ dñs ad moyſen in madiā. Vade ⁊ reuertere in egyptū. Mortui enī ſunt oēs q̄ q̄rebant aīam tuā. Tulit ḡ moyſes vxorē ſuā ⁊ filios ſuos. [o] et impoſuit eos ſup aſinū: reuerſusq̄ꝫ ē in egyptum [p] portans virgā dei ī manu ſua [q] Dixitq̄ꝫ ei dñs reuertēti in egyptū [r] Vide vt oīa oſtēta q̄ poſui ī manu tua facias corā pharaone [s] Ego indurabo cor ei⁹: ⁊ nō dimittet ppl'z. diceſq̄ꝫ ad eū [t] Hec dic dñs [v] Fili⁹ me⁹ p̄mogenit⁹ iſrl'. Dixi tibi. Dimitte filiū meū vt ſeruiat mihi ⁊ noluiſti dimittere eū. [v] Ecce ego interficiā filiū tuū p̄mogēitū. [x] Cūq̄ꝫ eēt ī itinere [y] ī diuerſorio [z] occurrit ei dñs. ⁊ volebat occidere eū.

allegationē hui⁹ impedimēti inſinuat moyſes petitionē ſuā de ſocietate eloquētis viri. a Dixit dñs ad eū. oſtēdēs q̄ poſſet ſupplere ei⁹ defectū cū ſubdit. b Quis fecit os hoīs. ac ſi diceret. Ego q̄ feci os hoīs poſſum tibi dare eloquētiā. c Aut q̄s fabricat⁹ ē ⁊c. ac ſi diceret. Ego q̄ oīm cōditor ſuꝫ poſſum de ceco facere videntē. ⁊ de ſurdo et de muto audientē ⁊ loquetē. hoc inducit̄ ad oſtendū q̄ poſſet ſupplere allegatū defectū moyſi. Aliter exponūt hebrei dicētes. q̄ cum moyſes fuiſſet accuſatus pharaoni de interfectiōe egyptii. vt dcm̄ eſt. ſ. ij. ca. Moyſes fuit capt⁹ de p̄cepto regis. ⁊ adduct⁹ corā eo. vbi moyſes valde conſtāter locut⁹ ē dicēs q̄ iuſte fecerat. vñ de eo dicit̄ Hebreoꝝ. xi. Nō veritus animoſitatem regis. ⁊ tūc de p̄cepto regis poſitus ē ad decapitandū. ſꝫ ſpiculatoꝝ fuit ꝑcuſſus cecitate q̄ ē cecitas q̄ nō videt̄ illud q̄d hō vult videre. licet alia videat. ſic̄ dictū fuit Gen. xix. de illis q̄ volebāt frangere oſtiū loth. ⁊ ſic quādo debuit percutere moyſen eū nō vidit. et ſic moyſes effugit pharaone videre ſicut ſcribit̄. ſ. ij. ca. Aut confugiēs de cōſpectu eius ⁊c. qui etiā a deo fact⁹ fuit ita ſtupid⁹ ac ſi eſſet ſimplr̄ ſurdus ⁊ mut⁹. ita q̄ nō potuit verbo vel ſigno ſignificare ſuis ſeruis q̄ Moyſes capet̄. ⁊ ſic exponūt p̄dictā lr̄am. b Quis fecit os hominis. id eſt te loqui ita cōſtāter corā pharaōe. c Aut q̄s fabricat⁹ ē ⁊c. i. pharaonē ita ſtupidū vt dictum eſt. d Videntē ⁊ cecū. i. ſpiculatorē q̄ fact⁹ fuit cec⁹ te non videndo. ⁊ vidēs cetera vidēdo. e Nōne ego. ac ſi diceret. ſicut talia mirabilia feci tibi. ita tāta ⁊ maiora poſſum facere. f Obſecro inq̄t ⁊c. licet moyſes de verbo dñi nō dubitaret. tñ q̄ aaron frater ſu⁹ erat ſenior ⁊ eloquētior deſiderabat eū habere ſociū ſibi a dño aſſignādū ideo hāc petitionē replicauit g Iratus dñs in moyſē. nō q̄ peccauerit mortaliter. ſꝫ q̄ nimis puſillanimis videbat̄ in ſuſcipiēdo dei cōmiſſionē. ſi enī mortaliter peccaſſet. nō eſſet viſibl̄e q̄ de⁹ petitionē ei⁹ exaudiſſet. q̄d tamen fecit vt ſeq̄tur. h Aaron frater tu⁹ ⁊c. ⁊ patet lr̄a vſq̄ꝫ ibi. i Tu aūt eris ⁊c. i. accipies ordinationē meā et leges a me imediate. ⁊ ipe eas p̄ te ſibi relatas denun(ciabit ppl'o. k Abijt moyſes. Hic ꝯſr̄ deſcribit̄ cōmiſ ſiōis moyſi facte executio. ⁊ p̄mo reſpectu termini a quo moyſes receſſit. ſcd̄o reſpectu ſpacij p̄ q̄d inceſſit. ibi. Cūq̄ꝫ eſſet in itinere. tertio reſpectu termini ad quē acceſſit ibi. Veneruntq̄ꝫ ſil'. Circa p̄mū dr̄. k Abijt moyſes reuertens de mōte ſynai. l Ad ietro. nolebat enī recedere abſq̄ꝫ licētia eius. tū q̄ iurauerat manere cū eo. tū q̄ nō poterat ſecū ducere vxorē ⁊ filios ſine volūtate eius. m Socer ſuū. i. affinitate cōiūctū. vñ ⁊ ī hebreo ht̄ Soceꝝ ſuū. n Cui ait ietro. vade in pace. Erat enī homo rōnabilis ⁊ iō noluit eū impedire. Jacob āt receſſit a laban licētia nō petita. q̄ ſciebat eū hoīem eē fraudulentū. ſicut dictū fuit Gen. xxxi. cap. o Et impoſuit eos ſr̄ aſinū. Dicunt hebrei. q̄ iſte ē aſin⁹ q̄ portauit lignū holocauſti. q̄n abraā voluit imolare yſaac. de q̄ ht̄ Gen. xxij. ca. ⁊ q̄ eundeꝫ aſinū eq̄tatur⁹ eſt rex meſſias q̄n veniet. de q̄ habet̄ Zacha. ix. cap. Ecce rex tu⁹ veniet t. ⁊c. et iō poterat tm̄ onus portare. ſꝫ iſtud apparet omnino fictiū. ideo dicendū q̄ ibi accipit̄ ſingulare pro plurali. Sup aſinū. i. aſinos. q̄ vn⁹ nō ſufficeret ad portandū tot p̄ſonas. p Portans virgā dei. ſic aūt noiabat̄. tū q̄ ex p̄cepto dei erat portāda. tum q̄ p̄ eā erāt miracula dei faciēda. q Dixitq̄ꝫ dñs reuertenti. i. ad reuertendū ſe diſponenti. r Vide vt oīa oſten. id eſt miracula oſtenſione digna. s Ego indur. cor ei⁹. Hoc p̄dixit dñs futuꝝ vt nō admiret̄ moyſes. q̄n videbit effectū. Sciēdū tñ q̄ dñs nō ē cā obdurationis cordis inq̄tū ē pctm̄. ſꝫ hoc mō eſt a libero arbitrio. dñs aūt eſt cā indurationis inq̄tū eſt q̄dā pena. q̄ in penā pcti p̄petrati ſubtrahit gratia. cui⁹ ē cor mollificare. ⁊ iō ea ſubtracta ſeq̄tur induratio cordis humani in malo ſuo. t Filius me⁹ p̄mogenit⁹ iſrael. i. dignior ī p̄plis. ⁊ cui maiora bona reſeruant̄. ⁊ marie q̄ vnigenitus dei fili⁹ q̄ eſt p̄mogenit⁹ oīs creature. vt dr̄ Coll'. i. cap. Erat de iſrl' ſm̄ carnē naſciturus. v Ecce ego ⁊c. Iſta fuit vltia pena egyptijs inflicta. ⁊ tñ denunciat̄ hic p̄ia. q̄ illa q̄ ſunt p̄ora in intētiōe. ſunt poſteriora in executiōe. x Cūq̄ꝫ eſſet in itinere. Hic ꝯſr̄ deſcribit̄ receſſus moyſi q̄ntū ad ſpaciū p̄ q̄d inceſſit. cū dr̄. Cūq̄ꝫ eſſet in itinere. reuertēdo in egyptū. y In diuerſorio. i. in hoſpitio ad q̄d diuerterat p̄ refectione vl' q̄ete z Occurrit ei dñs ⁊ volebat occidē eū. illō (nocturna. enī ſm̄ aliq̄s refert̄ ad moyſen. quē volebat dñs occidere. eo q̄ ducebat ſecum eliezer filiū ſuū incircūciſuꝫ. Gerſon aūt circūciderat in terra madian. Alij autem dicunt q̄ refert̄ ad eliezer quē volebat occidere. eo q̄ erat incircūciſus. ⁊ tamē ducebat̄ in egyptum ad morandum inter filios iſrael qui erant circumciſi. Sed iſtud nō videt̄ cōuenienter dictū. q̄ ille puer nondum venerat ad etatem adultam. ⁊ ideo non erat in culpa ex dilatione nimia ſua

circũciſiõis nec puniẽdus.ſ; p̃r q̃; habebat eiꝰ curã. ſicut fuit declaratũ Gen̄.xvij.ca.⁊ iõ primũ dictũ meliꝰ videt̃ ſc; ꝙ refert̃ ad moyſen. a Tulit illico ⁊c̃. Hebrei dicũt. Aciẽ vel nouaculã. b Et circũcidit ꝓpuc. filij ſui. q꞉ ꝑ verbũ moyſi vel angeli volentis occidere moyſen cognouit ꝙ illa inuaſio angeli erat ꝓpter hoc. ꝙ filius eius nõ erat circumciſus.

c Tetigitq; ped.eiꝰ. id eſt filij ſui circũciſi. ex cuius pedes manauit ſanguis ex inciſiõe d Et ait ſpõſus ⁊c̃.i. vere ꝓpter te ſponſus meꝰ moyſes fuit occiſus. Aliter exponit̃ vt ly eiꝰ referat̃ ad moyſen.ad cuiꝰ pedes proiecit ꝓpucium filij ſui abſciſum.

d Spõſus ſangu.tu mihi es.i.ꝓpter te qui es ſpõſus meꝰ ne te angelus occideret. ſanguis filij mei effuſus ẽ

ᵃTulit illico ſephora acutiſſimã petrã: ᵇ⁊ circũcidit ꝓpuciũ filij ſui. ᶜTetigitq; pedes eiꝰ ᵈ⁊ ait. Spõſus ſanguinũ tu mihi es ᵉEt dimiſit eũ poſtq̃; dixerat: ſpõſꝰ ſanguinũ tu mihi es ob circũciſionẽ. ᶠDixitq; dñs ad aaron. Uade in occurſum moyſi in deſertũ ᵍQui preꝑit obuiã ei in mõtẽ dei: et oſculatꝰ eſt eũ. ʰNarrauitq; moyſes aaron omnia verba

Et iſta expoſitõ ſcd̃a magis cõcordat l̃re ſequẽti cũ dicit̃. e Et dimiſit eũ.q꞉ indignata receſſit a moyſe. et rediit ad patrẽ ſuũ cũ filijs ſuis. vt patet ex eo qđ habet̃ infra. xviij.ca.ſ.ꝙ Jetro venit ad moyſen in deſerto. adducens ſecũ vxorẽ moyſi ⁊ filios eiꝰ. Placuit etiã moyſi ꝙ ipa rediret cũ filijs.q꞉ ꝑcepit tũc ꝙ nõ eſſet niſi oneri quantũ ad negociũ ꝓ quo ibat. f Dixitq; dñs ad aaron. Ex h̃ patet ꝙ aaron tanq̃; ꝓpha habuit reuelationẽ dñi. h̃ etiã patet ex eo qđ dicit̃ p̃mo Reg.ij.ca.ad heli. hec dicit dominus. Nunqđ nõ aperte reuelatꝰ ſum domui p̃ris tui cum eſſet in egypto ⁊c̃. Heli enĩ deſcẽdit de aaron. g Qui preꝑit ⁊c̃.i.in montẽ ſynai q̃ vocat̃ mons dei. rõne predicta.iij.ca. h Ueneruntq; ſimul. Hic ↄ̃ſr deſcribit̃ acceſſus moyſi ad terminũ ad quẽ. vbi manifeſtauit cãm aduentus ſui. p̃mo ſenioribꝰ ꝓplĩ cũ dicit̃. i Et cõgregauerunt cũctos ſeniores.i.populi iudices. vt dictũ eſt.ſ.iij.ca. Et poſtea aaron q̃ erat eloquẽtior.⁊ habebat vocẽ magis audibilẽ verba q̃ dixerat dñs moyſes ꝓpoſuit corã populo.⁊ hoc eſt qđ dicit̃. Locutuſq; eſt aaron ⁊c̃. k Et fecit ſigna. ꝑdicta in p̃ncipio huiꝰ ca.nõ tñ ꝑ ſeipm̃ ſed per moyſen cuius erat facere ſigna predicta coram populo iſrael. qđ patet ꝑ ſignũ manꝰ ſue facte leproſe ⁊ iterũ ſanate. q đ nõ põt dici de aaron. l Et credidit ꝓpl̃s. viſis ſignis. m Et proni adorauerũt.ꝑ gratiarũ actione.

Jn cap.iiij. vbi dicit̃ in poſtilla. Dixit dñs ad eũ ⁊c̃.

Additio prima.

n Non videtur rationabile. ꝙ moyſes dubitaſſet ꝙ deꝰ poſſet ſupplere defectũ ſuũ. Uerba enim dñi ad moyſen in hoc ca.vident̃ meliꝰ exponi cõformiter ad ꝑdicta in ꝑcedẽti ca. Dixerat eĩ dñs ad moyſen in ſentẽtia.ꝙ iõ elegerat eũ impotẽtẽ ⁊ inſufficiẽtẽ vt eẽt ſignũ ꝙ liberatio populi fiebat virtute diuina tm̃. vt ſuꝑ expoſitũ in additiõe ſuꝑ illud verbũ. hoc habebis ſig. ⁊c̃. Nũc aũt pari rõne r̃ſidit ad defectũ eloquẽtie. quem moyſes allegabat ad excuſandũ ſe ab officio ſibi iniũcto q.d. Tu ſcis ꝙ ego ſum q̃ feci os hoĩs. vñ ſi vellẽ te facere eloquẽtẽ.⁊ diſertũ in locutõne poſſem.ſ; hoc nõ expedit.ne liberatio populi attribuat̃ hũane ꝑſuaſioni.

Jn eo.ca.iiij.vbi dicit̃ in poſtil. Obſecro inquit dñe mitte quẽ miſſurus es. Additio.ij.

q Uidã hebreoꝝ ſpãliter Ra.ſa.aliter exponũt hũc paſſum.ſ. Mitte quẽ miſſurꝰ es. Dicũt eĩ ꝙ moyſes nõ erat introducturꝰ ꝓplm̃ in terrã ꝓmiſſiõis ꝓut in p̃ria eiꝰ reuelatiõe facta dictũ fuit. ſil̃r ⁊ credebat ꝙ aliꝰ erat a deo mittẽdꝰ in redẽptionẽ finalẽ.⁊ iõ petebat ꝙ alter eoꝝ mittẽdoꝝ mitteret̃ q꞉ vtrunq; digniorẽ ſe eſtimabat et q꞉ in h̃ videbat ↄ̃ ꝑordinationẽ diuinã petere. idcirco leḡt. Jratus dñs in moyſen. et ſm̃ hãc expoſitionẽ videt̃ ꝙ moyſes peccauerit. vñ nec dñs petitionẽ ſuã in hoc exaudiuit. fuit tñ eiꝰ petitĩ dignũ venia.q꞉ magis procedebat ex magna hũilitateq; ex incredulitate ſeu inobediẽtia.

Jn eo.cap. iiij. vbi dicitur in poſtil. Alit̃ exponit̃ vt ly eiꝰ referatur ad moyſen ⁊c̃.

dñi ꝑ q̃bꝰ miſerat eũ. ⁊ ſigña q̃ mãdauerat. ⁱUeneruntq; ſil̃: ⁊ ↄ̃gregauerũt cũctos ſeniores filioꝝ iſrl̃. Locutuſq; ẽ ad aaron oĩa ṽba q̃ dixerat dñs ad moyſen ᵏ⁊ fecit ſigna corã ꝓplo ˡ⁊ credidit ꝓpl̃s. Audieruntq; ꝙ viſitaſſet dñs filios iſrael.⁊ ꝙ reſpexiſſet afflictiõẽ illoꝝ ⁊ ꝓni adorauerũt. .V.

p ᵃPoſt hec ĩgreſſi ſũt Moyſes ⁊ Aaron

Additio.iij.

n Non videt̃ bñ exponi illđ verbũ. Et dimiſit eũ đ ſephora.ꝓut in poſtilla. Nã legit̃ infra.xviij.ca. de ietro ꝙ tulit ſephorã vxorẽ moyſi quã remiſerat. Ex q̃ p̃z ꝙ vxor moyſi nõ dimiſit eũ.ſ; ecõtra.ſ. moyſes remiſit vxorẽ. Rõ aũt huiꝰ remiſſiõis h̃r in glo. ibidẽ.ſ.vt expeditior eẽt in ope dñi. vñ ꝑ h̃ qđ đr hic. Dimiſit eũ.intelligit̃ ꝙ moyſes dimiſit filiũ ſuũ nouiter circũciſum vt expeditior eẽt ĩ officio ſibi cõmiſſo. vt dictũ ẽ.⁊ ne piclitaret̃ in via.⁊ ꝑ ↄ̃ñs dimiſit matrẽ. eo ꝙ ei cura nutritiõis p̃ncipal̃r incũbebat. Replica correctoꝝ cõtra burgen.

i Jn ca.iiij. vbi poſtillator exponit illđ. Dimiſit eũ de ſephora vxore moyſi indignata. hic locꝰ breuitate obſcurꝰ ẽ. vt dicit be.aug.ꝑ mgr̃m hiſto. allegatꝰ. iõ multipliciter a multis exponit̃. Sʒ cũ poſtillator elegit expoſitionẽ glo. interlinearis. Burg. eũ rephendit ex debili argumẽto. qđ fundat in eo qđ infra.xviij. dicit̃. Moyſes ſephorã remiſiſſe. arguens ex h̃ ꝙ ſephora hic moyſen nõ dimiſerit ſ; potiꝰ ecõtra. Sʒ h̃ argumẽtũ modicũ videt̃ cõcludere. q꞉ põt vtrũq; ſtare. ⁊ ꝙ ſephora dimiſit moyſen. ⁊ ꝙ moiſes remyſit ſephorã. Moiſes ſentiens irã vxoris ⁊ volũtatẽ dimittẽdi eũ nõ reliq̃t eã ſolã; vagari cũ filijs ſuis reuertẽdo in terram madian.ſ; aſſignauit familiã reducẽtẽ. ⁊ ſic remiſit eã ne pateret̃ eiꝰ iurgia. ⁊ vt eſſet in negocio cõmiſſo expeditior. Et tangit glosa loci allegati. Capl̃m.V.

p Poſt hec. Poſtq̃; deſcripta ẽ ꝑuiſio ducis ꝓplĩ iſrl̃ de egypto educẽtis. hic ↄ̃ſr deſcribit̃ flagellatio regꝭ ꝓplm̃ detinẽtis. ⁊ q꞉ illa punitõ iudiciaria ẽ. iõ ꝑmittit̃ nõiatio ex verbis. ſcđo monitio cũ ſignis additis in p̃ncipio. vij.ca. ⁊ tertio ſubdit̃ punitio in decẽ plagis circa mediũ eiuſdẽ ca.ibi. Dixit aũt dñs ad moiſen ingratũ eſt ⁊c̃. Circa primũ ponitur ⁊ regis dura reſponſio. et ſecundo ꝓpl̃i aggrauatio. ibi. Dixitq; pharao. Circa primum dicitur ſic. a Poſt hec.i. poſtq̃; iſrl̃ ꝓpl̃s crediderat moiſi de eiꝰ liberatione. vt dictũ ẽ in fine ꝑcedẽtꝭ ca. b Jngreſſi ſunt ⁊c̃. Sed q̃rit̃ hic. vbi erãt ſenes ꝓplĩ iſrael de q̃bꝰ dixerat dñs. ꝙ ingrederent̃ cũ moyſe ad regẽ egipti. vt dictũ ẽ.iij.ca. Dicũt hebrei ꝙ remãſerũt ducti timore regis. ⁊ ꝓpter hoc impediti ſunt accedere ad dñm cũ moyſe. vt habet̃ infra.xxiiij.ca. Sed hoc videt̃ falſum.

et dixerunt pharaōi. ᵃHec dicit dñs de⁹ iſrl̃. Dimitte ꝑplm meū vt ſacrificet mihi in deſerto. At ille rñdit. ᵈQuis ē dñs vt audiā vocē eius: ⁊ dimittā iſrael ᵉNeſcio dñm: ⁊ iſrl̃ non dimittā. ᶠDixerūtq;. ᵍDeus hebreorū vocauit nos, ʰvt eam⁹ viā triū dieꝝ in ſolitudinē: ⁊ ſacrificem⁹ dño deo nr̃o: ⁱne forte accidat nob̃ peſtis ᵏaut gladius. ˡAit ad eos rex egypti. ᵐQuare moyſes ⁊ aarō ſollicitatis ꝑplm ab opibus ſuis. ⁿIte ad onera veſtra. ᵒDixitq; pharao. ᵖMult⁹ ē ꝑpls tre. ᑫVidetis ꝙ turba ſuccreuerit. ʳq̃nto magis ſi dederitis eis requiem ab opib⁹ ˢPrecepit ḡ in die illo ꝑfectis opm ⁊ exactorib⁹ ꝑpli dicēs. ᵗNequaq; vltra dabitis paleas populo ad cōficiendos lateres ſicut prius. ſed ipi vadāt ⁊ colligāt ſtipulas: ⁊ menſurā laterū quā prius faciebāt: imponetis ſup eos: ᵛnec minuetis quicq;. Vacāt eni ⁊ idcirco vociferant̃ dicentes. Eam⁹ ⁊ ſacrificem⁹ dō nr̃o Opprimant̃ opib⁹ ⁊ expleant ea: vt nō acq̄eſcāt verb̃ mēdacib⁹. Igit̃ egreſſi ꝑfecti opeꝝ ⁊ exactores ad populū dixerunt. Sic dicit pharao. Nō do vob̃ paleas Ite ⁊ colligite ſicubi inuenire poteritis, nec minuet̃ q̄cq; de opere vr̃o. diſperſuſq; ē ꝑplus in oēm terrā egypti ad colligēdas paleas. Prefecti quoq; operū inſtabāt dicētes. Cōplete op⁹ vr̃m q̃tidie, vt pri⁹ facere ſolebatis q̃n dabant̃ vobis palee. ˣFlagellatiq; ſūt q̄ ꝑerāt opib⁹ filiorū iſrael: ab exactorib⁹ pharaonis dicētib⁹. Quare nō impleſtis mēſurā lateꝝ ſic prius nec heri nec hodie. Venerūtq; ꝑpoſiti filioꝝ iſrl̃. et ʸvociferati ſunt ad pharaonem dicentes. Cur ita agis ꝯ ſuos tuos. Palee nō dant̃ nobis ⁊ lateres ſimiliter imperāt̃. Et famuli tui flagellis cedimur. ᶻet iniuſte agit̃ ꝯ ꝑplum tuū. Qui ait. Vacatis ocio: et idcirco dicit̃. Eam⁹ ⁊ ſacrificem⁹ dño. Ite ḡ ⁊ opamini. Palee non dabuntur vobis: ⁊ reddetis ꝯſuetū numeꝝ lateꝝ. Videbātq; ſe ꝑpoſiti filioꝝ iſrl̃ i malū eo ꝙ diceret̃ eis: ñ minuet̃ q̄cq; opis de laterib⁹ p ſingulos dies. ᵃOccurrerētq;

quia aaron q̄ hic ingreſſus eſt cū moyſe eodē mō tūc impeditus fuit. q: ſol⁹ moyſes accedere iuſſus ē. vt ibidem dicit̃. ⁊ iō meli⁹ dr̃ ab aliis ꝙ ſenes ingreſſi ſunt ad reges ſicut dixerat dñs. ſ; ſolū ſcriptura facit mētionē de moyſe ⁊ aarō q̄ erāt pricipales. ⁊ q: eis erat ꝯmiſſuz negociū.

c Hec dicit dñs. In ſua monitione. auctoritatē dñi ꝑmittūt vt ſit efficacior ad regē inclinandū ſ; rex ecōtrario rñdit contēptibilit̃ dicens.

d Quis eſt dñs. ac ſi diceret nō eſt tante auctoritatis ꝙ debeā ei obedire. Rñdet etiam infideliter dicens.

e Neſcio dñm. Licet eni deū eſſe ſm anſhelhelmū ſit ꝑ ſe notū. et ꝑ ꝯñs ei⁹ noticia inſerta eſt naturaliter menti hūane. hoc tñ eſt in quantū mēs humana deū eſſe cogitat. id ꝙ eſtimat maximū in entibus. ſed ſub iſta determinatiōe ꝙ ſit de⁹ populi iſrael ꝑ fidē ⁊ cultum ſpālem. put ſonabant verba moyſi. deum eſſe nō eſt naturaliter notū. ⁊ ſic reſpondit rex.

e Neſcio dñm. quia egyptii īfideles ⁊ ydolatre exñtes colebant aialia tanq; deos. Rñdit etiā inobediēter dicēs. Et iſrl̃ ñ dimittā.

f Dixerūtq;. exponētes cauſam ꝑdicte monitionis.

g De⁹ hebreoꝝ vocauit nos. cui tenemur obedire. h Vt eamus viā triū dierum. Iſtud ē. ſ. expoſitū. iii. ca. addūt tñ aliq̄ ꝙ ꝑ tres dies intelligūtur tres mēſes. q: in tertiō menſe ab exitu de egypto venerūt ad montē ſynai. vt hr̃ infra. xix. c. et ibi ſacrificauerunt dño. In ſacra ei ſcriptura aliq̃n accipit̃ dies ꝓ anno. vt Ezechielis. iiii. ⁊ eodē mō dicūt ꝙ accipiat̃ hic ꝓ menſe.

i Ne forte accidat nobis peſtis. q̄ ꝓuenit ex corruptiōe aeris. k Aut gladius. q̄ prouenit ex inuaſione hoſtis.

l Ait ad eos rex. ſicut dure reſpōderat loquēdo contra dñm. ita dure rñdet cōtra moyſen ⁊ aaron dicens.

m Quare moyſes ⁊c. imponēs eis ꝙ velint mouere ſeditionē. ⁊ ſic agere cōtra regiā maieſtatem. n Ite ad onera veſtra. Ex q̄ patet ꝙ erat ei⁹ intētio vt affligerent̃ onerib⁹ ſicut ⁊ alii. ſed ꝑpls eis ⁊ aliis ſenib⁹ parcebat de labore manuali. Numer⁹ eni determinat⁹ lateꝝ imponebatur ꝑplo p ſingulos dies. vt patet ex ſequētib⁹. et cōis ꝑpls maiori labori ſe ſupponebat ad reddendū numeꝝ ꝑdictū vt moyſes ⁊ alii ꝑdicti eſſent a labore liberi.

o Dixitq; pharao. Hic deſcribit̃ aggrauatio regis. ⁊ primo ſup ꝑplm in generali. ſcdo ex hoc ꝯñr oñdit̃ afflictio moyſi. ibi. Occurrerūtq;. Circa primū tangitur cauſa aggrauatōis cum dicitur.

p Multus ē ꝑplus. ſc; filiorum iſrael.

q Videtis ꝙ turba ſuccreuerit. Sed q̄rit̃ quō hoc pōt eſſe. quia dictū fuit a rege ō maſculis ſubmergēdis vt ꝑdictū eſt. i. ca. Dicendū eſt ꝙ illud edictū tāq; nimis crudele fuerat reuocatum.

r Quanto magis ſi. ⁊c. ac ſi diceret. ex h̃ lucide patet ꝙ ſunt magis opib⁹ affligēdi vt ſic minus poſſint vacare generationi.

s Precepit ḡ ⁊c. Dicit hic andreas. ꝙ exactores ⁊ ꝑfecti erāt idē homies ⁊ idē officium habentes. ſed hoc pat; falſum. ex hoc qḋ ſequitur poſtea. Flagellatiq; ſunt q̄ ꝑerāt opib⁹ filioꝝ iſrl̃ ab exactoribus pharaonis. nō ē veriſile ꝙ flagellarent̃ ab egyptiis ſi eſſent egyptii. ⁊ iō dicēdum ꝙ ꝑfecti erāt de filiis iſrl̃ et erāt cōſtituti vt populū ad laborē inducerēt. vt numeꝝ lateꝝ exactorib⁹ redderēt qui erāt egyptii.

t Nequaq; vltra dabitis paleas de ſumptu regis. ſicut prius ad conficiendos lateres. Palee eni dicunt̃ q̄cq̄d remanet de meſſe excuſſo grano ⁊ talia cōmiſcebant̃ cū luto vt lateres fortiores eſſent ex talib⁹ aūt fiebāt edificia in egypto. q: rari lapides ſunt ibi. v Nec minuetis quicq;. de magnitudine laterū nec de multitudine pri⁹ impoſita. x Flagellatiq; ſunt. q: nō poterant reddere numeꝝ cōſuetū exactoribus.

y Vociferati ſunt. cū clamore magno ⁊ miſerabili. vt regem flecterent ad pietatē. z Et iniuſte agit̃ ⁊c. nō dixerunt iniuſte agis. ne regē offenderēt. ⁊ vt honori regio deferrent ſed dicunt. Iniuſte agitur. ſ. ab exactorib⁹ tuis et contra intentionem tuam ſed per hoc non inuenerunt aliquam gratiam. ⁊ patet lr̃a. a Occurreruntq; moyſi. Hic ꝯñr oſtenditur afflictio moyſi et aaron in ſpeciali

⁊ primo ponit̄ dicta afflictio. ſcd̄o diuīa ꝯſolatio. ī prin. vi. c. Afflictio āt moyſi oſidit̄ ꝯſit ex afflictōe ꝑplī. cū dr̄.
a Occurreruntq; moyſi. ſ. ꝑpoſiti filioꝝ iſrl̄.
b Qui ſtabāt ⁊c. Dicūt aliq̄ ꝙ poſtq̄ moyſes ⁊ aaron fecerūt monitionē ꝑdictā egrediebant a pharaōe ⁊ ꝑpo ſiti tūc ingrediebant. ⁊ ſic ex aduerſo veniebant iſti obuiā illis. ⁊ ſic li egrediētes a pharaone refert̄ ad moyſē ⁊ aaron. ſ; h̄ videt̄ falſum q2 poſt monitionē factā a moyſe pharao aggrauauit iugū ꝑplī ⁊ flagellati fuerūt ꝑpoſiti ꝑdicti eo ꝙ ń reddebāt numeꝝ ipoſitū ꝓpter qd̄ iuerunt ad clamandū coram pharaone vbi dux reſpōſum habuerūt. Ex qb; pt; ꝙ inter monitionē factā ꝑ moyſen ⁊ aaron ⁊ acceſſum ꝑpoſitoꝝ ad clamandū corā pharaone fluxerūt plures dies. ⁊ ideo li egrediētes a pharaone nō refert̄ ad moyſen ⁊ aaron ſ; ad ꝑpoſitos ꝑdictos. q̄ꝝ egreſſū a pharaone moyſes ⁊ aaron expectabāt ſtantes extra domū reg̃ vt ſcirēt q̄le rn̄ſum habuiſſent tanq̄ curā habētes d̄ bono ꝑplī. ⁊ iō q̄ñ ſciuerūt ꝙ ꝑpoſiti filioꝝ iſrl̄ iuerūt ad pharaonē ipi ſecuti ſūt eos expectātes extra domū reg̃ exitū illoꝝ vt ſcirēt reg̃ rn̄ſum.
c Uideat dn̄s ⁊ iudicet. i. puniat malū qd̄ feciſtꝭ nobis
d Qm̄ fetere feciſtꝭ ⁊c. i. nos abominabiles ⁊ odioſos
e Et ꝑbuiſtꝭ ei gladiū. i. occaſionē affligē (reddidiſtꝭ. di nos laborib; vſq; ad mortē. f Reuerſuſq; eſt moyſes ad dn̄m vbi apparet patiētia moyſi q̄ q̄uis eſſet ſupior dictꝭ ꝑpoſitꝭ tn̄ v̄ba eoꝝ dura ⁊ pungitiua patiēter ſuſtinuit. q2 videbat eos ī paſſione poſitos. ex q̄ h̄nt ſupiores exēplū ceſſandi a correctōe ſubditoꝝ ī paſſione poſitoꝝ donec trāſeat paſſio niſi ꝑiculū in mora ꝓbabit̄ tim(eat.
g Dn̄e cur affixiſti. i. affligere miſiſti.
h Populū iſtū. ex q̄ apparet charitas moyſi. q2 nō ſolū pungentib; eū nō rn̄dit ſ; etiā ꝑ eis orauit.
i Quare miſiſti me. q. d. ad liberandū eos me miſiſti ⁊ ipi ecōtrario magis q̄ꝫ prius ſunt afflicti.

In. c. v. vbi dr̄ in poſtilla. Hec dicit dn̄s ī ſua monitōne autoritatē dn̄i ꝑmittūt. Additio.

Uerba pharaonis dicētis. Quis ē dn̄s. Ab expoſitorib; hebreoꝝ nō intelligūt̄ ꝯtēptibilr̄ ſ; ſolum interrogatiue dicta. ⁊ ē rō. nā ipi ꝓpoſuerūt pharaoni nomē dn̄i tetragrāmaton. vbi eīn dr̄. Hec dicit dn̄s ponit̄ illud nomē. pharaoni v̄o ꝑdictū nomē erat penitus ignotū. cū etiā ipi moyſi fuerat nouiter reuelatū. vt dictū eſt. vn̄ dicit. Neſcio dn̄m nec iſrl̄ dimittā. q. d. loq̄mini mihi ex ꝑte cuiuſdā ignoti. vn̄ ⁊ nō faciā q̄ petitis. ipi v̄o rn̄derūt ꝓponētes nō primū nomē ſibi ignotū ſed aliud nomē qd̄ ſibi innoteſcebat ⁊ h̄ cū dr̄. Deꝰ hebreoꝝ vocauit nos. genꝰ eīn hebreoꝝ notū erat apud egyptios dicebat eīn filia pharaonis d̄ puerꝭ hebreoꝝ. De infantibus hebreoꝝ ē h̄. ſ. ij. c. ⁊ ſic ſciebat etiā eos h̄re ritū circūciſionis. ⁊ ꝑ ꝯñs h̄re deū ſepatū a dijs egyptioꝝ q̄ colebāt aīalia tanq̄ deos. ⁊ iō cū pharao rōnabilr̄ q̄ſiuiſſet. Quis eſt dn̄s. ignorās penitꝰ hoc nomē ipi ꝯgrue ſatiſfaciebant ei dicentes. Deus hebreoꝝ vocauit nos. quaſi dicerēt. licet nō cognoſcas deū ſub primo nomie ſaltē cognoſcas ſub ſcd̄o. ſ. deꝰ hebreoꝝ. ſ; doctores noſtri cōiter exponunt ꝑdicta verba pharaonis ꝯtemptibiliter dici ⁊ inobediēter qd̄ magis ꝯſonat lr̄e. nā poſt ſcd̄am ꝓpoſitionē ī q̄ nomē ſibi qd̄āmodo notū ꝓpoſuerunt magis ⁊ mag̃ indurat̄ē aggrauās populo onera. vt infra cōtinetur.

moyſi ⁊ aaron [b] qui ſtabant ex aduerſo: egredientes a pharaōe ⁊ dixerūt ad eos. [c] Uideat dominꝰ ⁊ iudicet [d] quoniam fetere feciſtꝭ odorem noſtrū coram pharaone ⁊ ſeruis eius: [e] ⁊ prebuiſtis ei gladiū vt occideret nos. [f] Reuerſuſq; eſt moyſes ad dominū ⁊ ait. [g] Domine cur afflixiſti [h] populū iſtū? [i] Quare miſiſti me? Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad pharaonem vt loq̄rer ex noīe tuo: afflixit populum tuum ⁊ nō liberaſti eos.

VI.

[a] Dixitq; dominus ad moyſen. [b] Nunc videbis [c] que facturus ſum pharaoni. [d] Per manum enim fortē [e] dimittet eos: ⁊ in manu robuſta ejiciet illos de terra ſua. Locutuſq; eſt dominꝰ ad moyſen dicens. Ego dominus [f] qui apparui abraam yſaac et iacob in deo omnipotente ⁊ nomen meū adonai: non indicaui eis. Pe-

Capitulū. VI.

Dixitq; dn̄s. h̄ ꝯſit̄ deſcribit̄ ipiꝰ moyſi ꝯſolatio. ⁊ primo circa eū oſidit̄ dei ꝯſolatio benigna. ſcd̄o deſcribit̄ ipius moyſi genealogia. ibi. Iſti ſūt principes domoꝝ. Adhuc circa primū ꝑmittit̄ diuina ꝯſolatio. ſcd̄o eiuſdē ꝯſolatōis relatio ibi. Narrauit ergo moyſes. Circa primū ꝯſiderandū ꝙ dn̄s videns moyſen afflictū. tū ex grauamie ꝑplī. tū ex eo qd̄ imponebat̄ ſibi. Cōſolat̄ eū dn̄s di.
b Nūc videbis ⁊c. i. cito.
c Que fa. ſū phara. ſ. mirabilia. alias inaudita.
d Per manū eīn fortē. id eſt ꝑ potentiā meā eū fortiter flagellantē.
e Dimittet eos. ſ. filios iſrl̄ q̄s nūc fortiter retinet ⁊ violēter ⁊ ń ſolū dimittet. ſ; etiā ejiciet eos d̄ terra ſua. q2 egyptij d̄ morte primogenitoꝝ territi cogebāt filios iſrl̄ (exire. vt h̄r. i. xij. c.
f Qui apparui abraā yſaac ⁊ iacob ī deo oīpotente ⁊ nomē meū adonai. nō indicaui eis. q2 dn̄s volebat cōſolari moyſen. vt dictū eſt inſinuat ei. ꝙ ſit ei daturꝰ clariorē ſui cognitionem q̄ꝫ prib; ꝑteritis Iſtud tn̄ varie exponit̄ a doctorib; catholicꝭ ⁊ hebreis. Dicūt igit̄ aliq̄ doctores catholici ꝙ h̄ nomē adonai ſignificat generale dn̄ium. licet aūt prib; ꝑcedētib; moyſen oſiderit ſe dn̄m totius creature nō tn̄ ita ꝑfecte ſicut moyſi per trāſmutationem creaturaꝝ vt virge in ſerpentē ⁊ ecōuerſo. ⁊ fluminis in ſanguinē. ⁊ alijs ſignis mirabilib; in q̄b; oſidit̄ dn̄ium dei ſup creaturas obediētes ei ad nutū ꝯ̄ nature curſū. ſ; h̄ nō videt̄ ſufficiēter dictū. q2 tp̄e abrae oſidit ſiña ꝯuertēdo vxorē loth in ſtatuā ſalis ⁊ ī deſcēſiōe ignis ꝯtra naturā ſup ſodomā ⁊ gomorrā. vt h̄r Gen̄. xix. c. ⁊ in mľtiplicatōe aq̄ꝝ. xv. cubitꝭ vltra cacumina montiū tp̄e diluuij. ⁊ in creatōe mūdi d̄ nihilo q̄ oīa notificata fuerūt abrae ab ipo deo. Itē h̄ nomē adonai qd̄ ſignificat generale dn̄ium nō ponit̄ hic in hebreo cū dr̄ Nomē meū magnū ⁊c. ſ; ibi eſt nomen dn̄i. Tetragrāmaton verūtn̄ q2 iſtud nomen apud hebreos tante ſanctitatꝭ reputat̄ ꝙ nō debeat noīari niſi a ſummo ſacerdote. ⁊ ſolū in benedictōib; fiendis in templo. ideo loco illiꝰ noīs ꝓnunciat̄ adonai ſicut ſi apud nos h̄ nomē deꝰ ꝓpter ſui ſanctitatē nō eſſet licitū noīare. et loco illiꝰ vbicūq; inueniret̄ ſcriptū ꝓnūciaret̄ h̄ nomen dn̄s. ⁊ h̄ mō trāſlatio nr̄a hic h; h̄ nomē adonai loco nominis dn̄i tetragrāmaton. nomē aūt dn̄i tetragrāmatō. nō ſignificat dn̄iū vt videbit̄. ⁊ iō ꝑdictꝰ modꝰ dicēdi ꝓcedit ex ignorantia idiomatꝭ hebrei. q2 accipit nomen qd̄ ꝓnūciat̄ loco illiꝰ qd̄ ſcribit̄. Sciēdū igit̄ ꝙ ad vidēdū qd dicēdū ſit d̄ ſignificatōe noīm hebraicoꝝ videt̄ re

(O

